



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio. XVII. Thesaurus absconditus: ubi consideratur felicitas sanctissimæ Virginis, portantis infantem Jesum per novem menses in castissimo utero suo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO XVII.

Thesaurus absconditus, ubi consideratur felicitas Sanctissimæ Virginis, portantis infantem JESUM per novem menses in castissimo utero suo.



Observaveram, Charitativum nostrum Raphaelem, qui suum deducebat & dirigebat eum, nec unicum protulisse verbum in totâ præcedenti Consultatione, quod in admirationem non levem me rapuit, cum semper adverterim hucusque, ipsum omnium optimè sustinuisse discursum in habitis nostris Consultationibus, eò quòd illi semper plus fuerit cognitionis & notitiæ ad prospiciendum omnibus, quàm cuivis alteri è societate: nôsse percipiebam causam magni hujus silentij ab ipso in hac occasione servati; nesciebam an approbaverit vel reprobaverit id, quod dictum fuerat; sed nec constat mihi, an sibi fuerit præsens, ut id adverteret, siquidem sapiens conjiciens in ipsum oculos, notavi semper eum ita occupatum loquendo secum, ut nunquam dispositum viderim ipsum ad loquendum nobis.

Dicebam intra meipsum, utinam perspectum haberem, quid volyas animo, & quænam sint co-

gitationes, quibus ita demulcearis, ut resolvere te non possis, ad proferendum illas in medium, illasque communicandum nobis: tanto æstuabam desiderio cognoscendi novum hunc agendi modum, ut mox soluto congressu, dum soli eramus, præsumpserim interrogare ipsum, unde hoc oriretur, Quid tibi accidit, inquebam, quòd obmutueris ita? An ignoras, respondit mihi, *tempus esse loquendi, & tempus tacendi?* sapientibus mos est, cogitare multa & loqui pauca, pro eo, quòd stulti multa loquantur, & parùm, quid loquantur, cogitent. Sed postquam cogitasti tanta, ergò saltem tempus jam est, paulisper prosequendi illa; an hoc me privabis solatio, ut celes me, quid præbuerit tuo argumentum silentio.

Ne urgeas me nimium, respondit mihi, difficulter declarare tibi possum, quod ipsemet non intellico. Arcana sunt, quæ Deus non revelat nobis, nisi ut illa celemus alios. Si turpis infidelitatis incurritur nota, revelando secretum amici, turpior incurretur utique,

Arca Dei magis
tenda sit
quam illi
alicujus
amici.

si secretum revelaretur Dei. Omnia hæc nonnisi meum accendebant desiderium, meque ad congemmandum meas exstimulabant precos; ex quo factum, ut partim meâ importunitate, partim suâ devotus erga me benevolentia, factâ sibi vi, mihi aliqua dixerit verba, sed tam intercisâ, tamque parùm sibi coherentia, ut nihil ex ijs comprehenderim.

Non, dicebat, nemo comprehendere id potest, & nemo id potest enarrare: *Quis enarrabit?* Et exin conticuit, tollensque in cælum oculos, ac diuturno servato silentio, exclamavit denuò: *Generationem ejus quis enarrabit?* Et posthæc eandem longo tempore retinens corporis habitudinem, quasi abruptus mansit extra seipsum. Et post nonnulla profunda suspiria in cælum emissa, iterum incepit: *Secreta, quæ non noverat;* Non dubio præcul, non illa hæc ipsamet non comprehendebat. Tandem postquam denuò incepisset mihi aliquoties dicere ejusmo-

di verba mutila & detrunçata, quæ mihi totidem erant anigmata, tacere voluit & recedere, ut solus loqueretur sibi; sed aliquali vi factâ retinui ipsum cum protestatione, me nihil quietis concessurum ipsi, quoad explicaret se clariùs circa omnia hæc mysteria. Tandem cessit & manus dedit, cumque nos subduxissemus conspectui hominum, constituti in loco prorsus idoneo ad servandum in abscondito id, quòd revelatur instituimus Consultationem adeò occultam, ut præter ipsum & me, admitteret neminem; nihilominus tam sublimem, tamque pulchram, ut omnium mereretur excipi auribus. Recipiebam tunc solùm, quòd mihi dabat, & hic tibi do, quòd ibi recepi; spero te inventurum hæc veritates non solùm allaturas animo tuo magnam oblectationem, sed etiam repleturas cor tuum optimis erga Deum affectibus. Ecce tibi argumentum & sermone nostri sermonis.

* * *

Difficultet
explicari
potest, quid
Deus loqua-
tur inter
rui.

ARGUMENTUM.

Primus Sinus, ubi JESUS Christus absconditus erat, est ille Patris æterni.

ARTICULUS I.

NE mireris, dicebat mihi ab initio, quòd ita me conspexeris meditandum; insinuaverant se cogitationes meæ

in duas abyssus adeò profundas ut facultas mihi non esset illas inde retrahendi. Dilapsus sum in has, absque eò quòd quasi adverterem,
D d d 3 quan-

2. Paralip.
c. 35.

Duo currus
& duæ a-
byssus.

quando loquentem audiui de prin-
cipe illo, cui vulneratum fuerat
cor in quodam proelio, qui que
transferri voluit è curru suo in a-
lium, qui sequebatur, primo non
absimilem. Persuadebam mihi,
Principem hunc esse Filium Unige-
nitum Dei, duosque hos currus
esse sinum divini Patris sui, & illam
Sanctissimæ Matris suæ; ipsūque
transisse ex uno in alterum, cum
vulneratum in corde se sentiret à
jaculo amoris nostri, quando de-
scendit è sinu adorando Patris sui,
in sinum sanctissimæ suæ Matris.
Videbar mihi me conscendisse u-
trūque, & ambos tam procul me
abduxisse, mihi que ostendisse tan-
ta prodigia, ut possibile mihi non
sit, minimam illorum recensere
partem.

Prodigia
Nativitatis
Verbi æter-
ni in sinu
Patris sui.

Quando conscendi currum pri-
mum, Verbum nasceas ibidem in-
veni & vidi, quòd nascatur ante
omnia tempora, quòdque nihilò-
minus in nullo unquam nascatur
tempore; videbam illud nascitu-
rum semper, & tamen nasciturum
nunquam; videbam id natum esse
ante omnia secula, & tamen na-
sci post cuncta secula, ideòque pro-
duci in perfectâ quâdam maturi-
tate, quàm omnia tempora ipsi
non poterant conferre; & desuper
audivi vocem Vatis Isaïæ, dicen-
tis profundâ quâdam cum admira-
tione: *Generationem ejus quis en-
narrabit?* Quis intellectus, quæ
mens hanc capere poterit? quæ

Mai. 53.

lingua hoc ænigma nobis poterit
explicare? Expectabam quid mihi
dicturus esset, cogitans recepisse
ipsum magnam hæc super te cogni-
tionem, quàmque nôlle percipie-
bam. Explica ergo id mihi, dice-
bam illi: Impossibile mihi est, re-
spondit mihi, admiror hæc prodigi-
a, adoro illa, sed ipsa non com-
prehendo: Da igitur saltem mihi
aliquid declarationis, quancunque
habere poteris: dic mihi, quòmo-
do hæc possint concordari, quòd
Verbum nascatur omni tempore,
& tamen non nascatur in aliquo
tempore; hæc namque sibi invi-
cem contradicere videntur: Non
respondit mihi, sed potius conveni-
unt hæc tam bene, ut impossibi-
le foret, quòd unum sit verum,
si alterum similiter verum non es-
set, eòquòd id æternum non fo-
ret, si non nasceretur ante omnia
tempora Scriptum est, quòd Ver-
bum erat in sui principio, sed non
in sui initio; ne inquiras initium
esse ipsius, ipsemet Deus, qui no-
vit omnia, non novit illud, eò
quòd nullum habeat. Admirabi-
lis hæc & prorsus ineffabilis Nati-
vitas habet principium, sed non
habet initium; habet principium,
eòquòd Filius procedat à Patre; &
ideò divinus Arcopagita appellat
Patrem, *Fontem caelestem Divini-
tatis*; Et Concilium Tridentinum
ac Florentinum, *Originem totius
Divinitatis*; ipse igitur divinz hu-
jus Nativitatis est principium, sed
non.

Nascetur
semper
nunquam
nascetur

Verbum di-
vinum ha-
bet princi-
pium, sed
non habet
initium.

non est ipſus. Initium, eòquòd nunquam inceperit Divinitatem ſuam communicare Filio ſuo, non magis, quàm quòd nunquam inceperit ipſemet poſſidere illam: Verum igitur eſt, quòd naſcatur omni tempore, & conſequenter verum eſt, quòd non naſcatur in aliquo tempore; Si enim Verbum produci incepiſſet in aliquo tempore, non eſſet æternum.

Naſcitur ſemper & nunquam naſcitur.

Dixiſti mihi, quòd Verbum naſciturum ſit ſemper, & tamen naſciturum ſit nunquam: quã ratione hæc duo concordabis? Non contradicunt hæc ſibi, ſed potius tam bene concordant, ut unum verum eſſe non poſſit ſine altero: Nam dicere, quòd naſciturum ſit ſemper, eſt dicere, quòd ipſius Nativitas ſemper ſit actualis, ſempërque præſens, abs eo, quòd unquam finiatur, vel unquam unico ſolum interrumpatur momento, eòquòd certum ſit, quòd Pater divinam ſuam contemplans pulchritudinem nunquam inceperit, & nunquam etiam actuali hanc ſui ipſius contemplationem, per quam Nativitatem confert Filio ſuo Unigenito, finire poſſit: Verum igitur eſt, quòd Verbum naſciturum ſit ſemper, & conſequenter verum eſt, quòd naſciturum ſit nunquam: Verbum enim hoc, naſciturum, dicit tempus futurum; & ſi in hæc Nativitate quidquam futurum eſſet, non eſſet ipſa ſemper actualis, ſempërque præſens,

Sed quòmodo intelligam, quòd dixiſti mihi, id fructum eſſe natum ante tempus, & eſſe fructum in perfectã ſua maturitate: hoc, reſpondit, videtur mihi captu faciliffimum. Cum enim Filius Unigenitus Dei producatuſ eſt ſinu Patris ſui in æternitate, eſt igitur fructus natus ante tempus, id eſt, antequam adhuc aliquod tempus eſſet: Sed quia naſcitur verus Deus de Deo verò, uti ſymbolum noſtrum loquitur, dicendum omninò eſt, ipſum fructum eſſe in maturitate tam perfectã, ut impoſſibile ſit aliquid adjicere, ad ipſum magis perficiendum; Siquidem ſi DEUS aliquid perfectionis novæ recipere poſſet, id aliquem in eo ſupponeret defectum, & conſequenter non eſſet Deus.

Et fructus ante tempus, & eſt fructus in perfectã ſua maturitate.

Itanc! Verus Deus naſcitur de Deo verò? Credebam non eſſe, niſi unum Deum; Et ecce ipſorum duos. Ipſemet Sanctus Auguſtinus totus videtur admirabundus, conſiderans hæc Symboli noſtri verba, vi quorum credere tenemur, Deum naſci de Deo, quæ tamen pariter credere nos volunt, non eſſe niſi unum Deum: *Quis enarrabit, quòmodo natus ſit Deus de Deo, nec Deorum numerus creverit?* Quis declarare nobis poterit, quòmodo poſſibile ſit, quòd Deus producat Deum; quòd is, qui producit, & ille, qui producitur, non ſint eadem perſona, ſed verè ſint duæ perſonæ, quæ am-
ba

Et Deus naſcitur ex Deo, abs eo, quòd ſint plures, quàm unus Deus!

ſ Auguſt. ſerm. 12. de tempore.

hæ sint Deus, quòdque numerus Deorum per hoc non augeatur.

Magis adhuc, uti videtur, stupendum est, quòd duæ hæ personæ, quæ non sunt, nisi unus Deus, iterum producant Deum, qui non est nec Pater, nec Filius, producentes ipsum, sed qui realiter distinguitur ab utroque, ita ut verè sint tres personæ, quæ omnes tres sint Deus, & tamen numerus deorum non augeatur: Quis enarrabit? Quis intellectus id comprehendere poterit? Coniunge simul intellectus omnes Angelorum hominumque, illòsque tam arctè inter se unione constringe, ut ex ijs non nisi unicus fiat intellectus, procul dubio hic supra omnem modum magnus erit; sed permagnus hic intellectus omnes suos intendat nervos, meditetur, scrutetur, timeatur, quantum poterit per annos decies millenos, an omnia hæc prodigia comprehendere poterit unquam? Eheu! Omnes Beati, qui illustrantur splendore gloriæ, aspiciunt illa clarè in sinu Patris, & per omnem æternitatem intuebuntur, perscrutabuntur & admirabuntur illa, & tamen concipere eorum nunquam poterunt magnitudinem.

Quòmodo Theologi se explicent circa sublimè hoc mysterium. Probè novi, Theologos aliquid hæc super te dicere, sed an nòrunt, quid dicant? Quando dicunt, quòd, dum Deus producit Deum, id est, Pater suum producit Filium Unigenitum, necesse sit multiplicari

personas; eòquòd impossibile sit, quòd persona producat & persona producta, una eadèmq; persona sit, cum aliàs ista persona esse deberet, antequam esset: Quando duæ hæ personæ iterum producant Deum, qui est Spiritus Sanctus, quòd iterum necessariò multiplicari debeat numerus personarum ob eandem rationem, quòdque hæc ratione tres sint personæ. Et quando adiungunt, quòd licet omnes hæc tres personæ sint Deus, numerus Deorum non augeatur, eòquòd divinitas, cum non producat, & non producat, non multiplicetur, & nunquam multiplicari possit, eòquòd non nisi solus esse possit Deus. Ecce totum quòd dicere nòrunt; sed iterum interrogo, an bene nòrunt, quid dicant? Omnia hæc nonne manent semper incomprehensibilia?

Et conversus ad me, inquit, an comprehendis id benè? an clarè intelligis omnes hæc veritates? Non, inquit, iam ipsi, credo illas firmiter, eòquòd fides me certum reddat, illas se ita habere, admittit illas, adoro illas, amo illas, intueor illas magnà cum reverentià, sed illas non comprehendendo: Tantò meliùs, repoluit mihi aspectu valdè sereno; tantò meliùs; nihil magis congruit magnitudini Dei, quam comprehendendi non posse à creaturis suis; siquidem quid esset, si non excederet

Opus
Deum esse
nobis te
compre-

hæc illam

Effectus
tio ad
benedi-
divina
um,

deret nostri exilitatem intellectus? procul dubio, non magis esset Deus, quàm noster sit intellectus, si nil haberet, quòd ipsum excederet; & in quo excederet ipsum, si tam sublimè nil esset in illo, quòd intelligere non posses? sed quantò infinita ipsius Majestas magis est inaccessibleis mentibus nostris, tantò magis demonstrat se esse Deum; & nunquam majorem habemus de veritate Dei certitudinem, quàm quando experimur, quòd impossibile nobis sit penetrare profundam abyssum cognitionis ipsius.

Non, quando non haberem aliud motivum me impellens ad amplectendum fidem, aut aliam rationem me convincentem, ad stabilendum me in hac firmissimè, hæc sola sufficere mihi posset. Video illam mihi dicere tam stupenda de Deo, ut creatus non sit intellectus, qui hæc comprehendere possit, & consequenter nec aliquis est, qui hæc possit excogitare; necesse igitur est, illa esse ex seipsis, illaque esse infinita. Aspicio tantos acutissimorum miliones ingeniorum, quæ hinc comprehendunt nihil, ijs tamen adhaerent, illa reverentur, majorè inque de his concipiunt certitudinem, quàm de omnibus alijs, quæ comprehendunt optimè. Unde hoc oriatur? Itane, intellectus humanus, qui intueri vult ea omnia, quæ approbat vel reprobatur, & respicit ea, quæ

R. P. Isaac Consultat, Tom. III.

ipsi non videntur evidenter vera; non sentiat se abstrahi & abstergeri, sed potiùs attrahi, constringi, captivari tot sublimibus veritatibus, ubi nihil intuetur? Itane tam cæco modò assentiatur ijs, quæ omnino ipsi sunt incomprehensibilia? Nonne invisibilis hæc adsit quædam potestas & suprema auctoritas, quæ ita illum subjectum suo teneat imperio? Perpende maturius aliquantò hanc rationem, & videbis illam optimè concludere, & nihil nobis meliùs demonstrare Deum, quàm nôsse, quòd impossibile sit ipsum bene cognoscere.

Nihilominus quando hinc video, me nihil cogitare posse de Deo, quòd tale sit, qualis is est in semetipso, neque aliquid dicere de illo, quòd accedat ad ipsius veritatem, tantùm abest, ut affligar ex eo, ut potiùs dilatari sentiam præ gaudio cor meum: quanta felicitas, quantus mihi honor, tam magnum habere Deum? quanta tibi gloria, anima mea, quòd aliud tibi non incumbat agendum, nisi ut servias, ut ames tam sublimem Majestatem tempore hujus vitæ, quòdque creata non sis, nisi ut illum possideas in omnem æternitatem.

Et ex in voce magis clarâ & ac
censâ; ô Deus Cordis mei! O ma
gne Deus, quem adoro ex totâ
mente meâ! Meum in hoc non
vertitur gaudium, quòd perfectè
Eccc cogno;

Efficax ratio ad probandum divinitatem.

Affectus reverentiæ & amoris erga Deum.

cognoscam te ; sed solatio profundor, dum video, teas me transgredi infinita ratione magnificentias : Ingens me haud quaquam incessit desiderium, omnes tuas infinitas in intellectu meo includendi perfectiones, sed includere perciperem totum cor meum in infinita bonitate tua ; Non comprehendo te, sed comprehende me, fac me totum absorberi in te, parvumque hunc, levem ac transitorium entitatis, quam mihi dedisti, vel potius commodasti, atomum, ad suum redire principium, ut nunquam amplius separetur ab

illo. Fac igitur Domine, fac tam profundè immergi me essentiae tuae immensitati, ut nunquam egressiar inde : Ne finas aspicere cor meum quidquam extra te, nec suos vel unico momento in creaturas desigere oculos.

Oblectabar summe omnibus hisce sensibus & affectibus, & supra modum consolatum me sentiebam, quod hucusque deduxerit me ; voluissem etiam, ut hoc diutius me frui permisisset solatio ; verum non erat ipsius hoc propositi ; vide, quod ulterius deducere me voluerit.

ARGUMENTUM.

Secundus Sinus, ubi JESUS Christus absconditus fuit, est uterus Sanctissima Virginis.

ARTICULUS II.

Sinus Patris aeterni perfectum est Archetypon, cujus eximium eotypon est sinus Sanctissima Virginis. Ambo hi sinus duo sunt currus, de quibus paulo superius tibi locutus sum. Sequamur, sequamur Principem, inquit mihi, & videamus, quomodo, postquam vulneratus est corde in primo suo curru, exeat inde, ut ingrediatur secundum, primo non ab similem : *In alium currum, qui sequebatur eum modo regio : Volo dicere, quod Filius Dei sauciatus corde, affectu commiserationis erga miseras nostras, egressus sit*

2. Paral. 35

è sinu Patris sui, ut ingrederetur in sinum alterum, qui est uterus Sanctissimae Matris suae. Et videmus hunc similem esse primo, ac prodigia, quibus abundat, non minus incomprehensibilia esse iste, quae admirati sumus in sinu Patris aeterni. Primus est Archetypon infinita ratione perfectum, & aliter apparebit nobis velut Eotypon ejusdem praestantissimum.

In primis id, quod constituit magnificentiam, divitias, pulchritudinem unius, constituit etiam magnificentiam, divitias & pulchritudinem alterius. Idem Filius Uni-

Uterus
Sanctissimae
Virginis
similis est
eo Patris
aeterni

Unigenitus, qui est in sinu Patris aeterni, ut sit splendor gloriae ipsius, & etiam in sinu & utero divinae Matris MARIÆ, ut sit similiter splendor ipsius gloriae: Dico, sit idem Filius Unigenitus, quodque eadem persona divina sit in ambobus; & ex hoc hanc deduco consequentiam, quod, quidquid dici potest de magnificentia & gloria Patris, in quantum possidet talem ac tantum Filium in adorando sinu suo, dici etiam possit de gloria & magnificentia MARIÆ, Sanctissimæ Matris ipsius, in quantum etiam possidet eundem hunc Filium in purissimo utero suo. Prodigia Nativitatis aeternæ Unigeniti huius in sinu Patris sui omnino sunt incomprehensibilia, sed prodigia Nativitatis ipsius temporalis in sinu Matris suæ, non minus sunt tanta; imò potius illorum sunt plura, quæ videntur nobis magis stupenda, magisque incomprehensibilia. Exempli gratia.

Non ita admiror, quod DEUS aeternus habeat in sinu suo Deum aeternum; quod DEUS Omnipotens producat Deum Omnipotentem quod Deus immensus recipiat in sinu suo Deum immensum; quod DEUS infinitis perfectionibus divitem: omnes hæ magnificentia sunt sanè tam sublimes, tantoque intervallo transcendunt exilitatem intellectus mei, ut absolute sint mihi incomprehensibi-

les: Sed in tantam me non rapiunt admirationem, video enim naturale esse, quod unumquodque producat sibi simile, quodque Pater det Filio suo Unigenito possessionem integram omnium, quæ possidet, honorum.

Sed quod Mater, quæ DEUS non est, producat Deum ex propria sua substantia; quod Creatura tribuat esse Creatori suo; quod persona mortalis verè progignat Deum immortalem; quod Mater infirma & pusilla sinu suo includat Deum Omnipotentem & immensum; quod denique ipsa, cum non habeat in se neque divinitatem, neque aliquam ex infinitis perfectionibus, quæ naturales sunt Deo, portet in utero suo Filium, quem producit similem sibi, quique nihilominus possidet totam Divinitatem, & omnes infinitas Deo proprias perfectiones, sicque ipsa producat sibi similem, non sibi similem, sed infinità ratione se perfectiorem, hoc est, quod omnem excedit admirationem, quodque nemo, nisi Deus, comprehendere potest. Nonne dicendum hic sit cum magno purpurato Præsule S. Petro Damiani: *Hic taceat & contremiscat omnis serm. 1. de creatura, & vix audeat aspicere Nativ. B. V. tanta dignitatis immensitatem.* Si MARIÆ omnes creatura vidissent, quid sanctissima Virgo in suo portaret utero, omnes ad illius se pedes provolvissent.

Eccc x

O

Nativitas
Filii Dei est
ratione
quidam
magis stu-
penda in
sinu Matris,
quem in si-
nu Patris
generat.

Uterus
etiam
Virginitas
similis
ro Patris
generat.

Non possu-
mus nimi-
um esse de-
voti erga
Sanctissi-
mam Virgi-
nem.

O quam verum igitur est, dicebam ipsi, longissime nos abesse ab æstimatione nimiam magnificentiaram ipsius, aut à nimio vel honore, vel veneratione, vel amore, quo prosequimur ipsam! Non, inquit mihi, ne metuas unquam ullum excessum in omnibus hominibus ac obsequijs, quæ impendere ipsi possumus, modò illa non sint, quæ impendimus Deo, quæque non nisi ipsi soli debeat. Devoveamus nos igitur illi ex toto corde nostro, serviamus illi ex toto fervore mentis nostræ, simus ipsi devoti, & ex integro consecrati non metuentes, displicituros nos Deo, qui honorari vult illam velut Matrem suam, qui honoratum semet ipsum credit in personam Matris suæ, cum voluptate aspiciens omnes bonas animas, quæ palam se profitentur devotas erga ipsam, indes novos inquirendo modos ac media, ad exercendum melius devotionem erga amabilem hanc Virginem. Et quomodo non oblectaretur aspiciendo hanc ipsarum pietatem, cum indiscreta hæc nunquam sit, aut esse possit: Effet hæc indiscreta quidem, & insuper incurreret impietatis notam, si eundem Virgini supremum impenderet honorem, quem impendimus Deo; sed Catholicorum est nemo, quem lateat, ipsam Deum non esse; non, sed omnes nōrunt ipsam esse Matrem Dei. Auser ergo mihi, di-

cebam ipsi subitacundus, Monumentum hoc verè indiscretum, ad prætensos Cultores indiscretos Sanctissimæ Virginis. Si enim: hic ex improviseo interpellavit me, dixitque mihi: Non, relinquamus illos, digni non sunt, quos oppugnemus, sed potius contemnamus ipsos? Redeamus igitur, unde discessimus.

Non bene comprehendi, quod dixisti mihi, nempe quod DEUS Pater portans in sinu suo adorandum suum Filium, multiplicet numerum Personarum divinarum, non tamen multiplicet numerum Deorum: Quomodo fieri potest, non esse tot naturas, quot personas & tot personas, quot naturas? hoc est, quod eruditissimi quique in muado viri comprehendere non possant. ! Sed nōne videmus aliud prodigium æquè incomprehensibile in utero Sanctissimæ Virginis Matris, quamvis videatur profus contrarium, quod dum producit eundem Filium Unigenitum Dei, ipsa multiplicet naturas, & non multiplicet personam, quamvis enim in ipso sint duæ naturæ, semper tamen non est, nisi unica sola persona, quæ est divina: Quomodo fieri potest, ut non sint tot personæ, quot naturæ & tot naturæ, quot personæ? Scrutentur ac rimentur argutissimi quique Philosophi totam vitam suam hanc quæstionem, nunquam tamen comprehendent illam. O magni.

Per
incom
hæc
intelle
humana
circa
Dei in
Patri

Alterum
prodigium
uteri Sa-
ctissimæ
Virginis,
responde-
mus probli-
gio fuit
Patriæ
na,

magnifice Sinus Patris, quàm es admirabilis ! O admirabilis Sinus Matris quàm es in comprehensibilis ! *Generationem ejus quis enarrabit ?*

Paradoxum
incompre-
hensibile
intellectui
humano
circa Filium
Dei in Sinu
Patris sui.

Aspicio quidem, dicebam ipsi, quòd cum idem sit Filius Dei in Sinu Patris sui æterni, & in Sinu divinæ suæ Matris, æqualiter sit adorandus in utroque. Sed nonne plus æquo abriperis, dum ad eò accuratam inter utrumque instituis comparationem ? Non, inquit mihi, siquidem non intueor in ambobus nisi prodigia, quæ mihi videntur æqualiter incomprehensibilia. Aspice Verbum æternum in Sinu Patris sui, admirabilis omnia, & nihil hinc comprehendes; quòmodo enim est hinc ? quem ordinem hinc tenet ? quid facit hinc ? attonitus hæc bis, dum videbis, ipsum non esse hinc veluti in suo palatio, eòquòd non ædificaverit illum ad ibi habitandum, ipsum non esse hinc veluti in suo throno, eòquòd ibi non regnet, nec exerceat aliquod imperium ; ipsum non esse hinc veluti in suo templo, eòquòd ibi non oret, nec oretur, non adoret, nec adoretur, nemini hinc reddit obsequium, & à nemine etiam obsequium recipit : Non est similiter hinc, ut aliquem teneat ordinem aut gradum, eòquòd nec inferior sit, nec superior alijs personis : non est tandem hinc, ut aliquid faciat, nisi ut amet Deum Patrem suum ab æterno & infini-

tà ratione. Sed quamvis amet ipsum ex toto corde suo, non impendit illi aliquod servitium, quamvis noverit, ipsum dignam esse, quem summis prosequantur obsequijs omnes creature, nec minimam ipsi exhibet reverentiam ; quamvis omnia recipiat ab illo, nihil debet illi, & in nullo dependet ab ipso, quamvis subsistere non possit absque eò, non tamen indiget ipso. Quantus paradoxorum, quæ stupenda & incomprehensibilia videntur intellectui humano, acervus ; & si lumen fidei naturalibus ipsius tenebris non ferret suppetias ; quid hæc in re ageret ?

Interroget desuper eos, qui Magistri nobis sunt fidei, id est, eos quos Deus dat nobis velut Pastores, & suæ Doctores Ecclesiæ, ut illius sint lumen, & ejusdem nobis declarent mysteria, docebunt illum, inter omnia æternæ hujus Nativitatis adorandi Verbi prodigia, nullum esse, quod tantæ non sit veritatis, quantæ est incomprehensibilitatis.

Si postquam aspexisti magnum hoc Archetypon, in eximium ipsius ectypon conjice quoque oculos, id est, in sinum Matris ; aspicias ibi alia prodigia, quæ non minori percellent te admiratione, quæque fortassis invenies æquè stupenda. Audi & pondera id bene. Est prodigium quoddam fidei, quod idem Uⁿigenitus Filius Patris

Prodigium
æquè in-
comprehen-
sibile in si-
nu Matris.

Eccc 3

in

in propriâ existat in sinu & utero Sanctissimæ Matris suæ: sed quomodo est ibi? quem tenet ibi ordinem? & quid ibi facit? responderi non potest ad has quæstiones, quàm afferendo tibi aliâ paradoxa, quæ videbuntur tibi saltem æquè intricata, quàm alia. Si enim interrogaveris, quomodo existit in sinu Matris suæ? dicetur tibi, quod ibi sit quidem præsens in personâ, sed quod impossibile sit eum ibi esse aut ex parte, aut totum integrum. Si interrogaveris, quem ibi teneat ordinem? respondebitur tibi, quod ibi sit primus & novissimus, Dominus & absconditus.

Si interrogaveris, quid faciat in sinu Matris suæ? respondebitur tibi, quod ibi faciat omnia, & faciat nihil, quod ibi possideat thesaurum infinitum bonorum, quodque laboret ibi usque ad consumptionem vitæ suæ, ut acquirat illa. Omnes hæc veritates tantis involutæ apparentibus contradictionibus non relinquerent in animo tuo, nisi stuporem & tenebras, nisi explanaretur tibi. Sed hæc omnia ingens argumentum præbent longioris discussus, & specialem promerentur acquirunt articulum.

ARGUMENTUM.

Declaratio paradoxorum præcedentium ad gloriam sinûs & uteri Matris Dei.

ARTICULUS III.

Primum paradoxum. Verum est, quod Verbum Incarnatum sit, præsens in personâ, ac verè includatur in utero Matris suæ: quando & quâ ratione ibi esse potest? Cum articulus sit fidei, quod ipse sit verus ipsius Filius, & illa sit vera ipsius Mater; siquidem illa producit ipsum ex vera suâ substantiâ; & hoc est, quod dixit ipse Angelus ex mandato Dei: *Concipies in utero, & paries Filium.* Nihilominus impossibile est, contineri ibi ipsum vel ex parte, vel totum integrum: Quomodo ibi esse

posset ex parte, cum sit Deus etiamque Deus, qui magnum est quoddam totum, partes non habeat; Aut totum, aut nihil; non potest igitur ibi includi & contineri ex parte. Similiter ex aliâ parte impossibile est, ut Verbum ibi sit totum integrum, eodquod sit immensum, & immensitas Dei constringi & contineri non possit nisi in seipsâ. Quid inquis ad hoc? interrogavit me: Nihil hic video; falsus sum ipse ingenuè, declarâ id mihi.

Expetijt hic à me singularem articulum

attentionem, ex explanare mihi cepit sublimem hanc Theologiam, ubi immergere me videbatur in immensam quandam lucem, vi cuius non videbam nisi abyssum infinitarum bonitatum Dei, & impentrabilem abyssum propriarum mearum miseriarum.

Quantum prodigium quod Deus insubili ratione magis de se nobis totum integrum, qui non sumus nisi atomi.

Noveris, dicebat mihi, ita affectam esse infinitam bonitatem Dei, ut, quamvis non sumus, nisi parvi atomi, & quaedam nihila, nobis is se non dederit ex parte, sed totum integrum, absque partitione, absque divisione & absque eo, quod subtraheret nobis aliquid sui ipsius; siquidem ipse similiter vult, ut eadem ratione & nos nos ipsi demus, abs eo, quod nos partiamur, & nos dividamus, dando ipsi ex nobis partem, & partem aliam creaturis; non ex parte, non ex dimidio dat se nobis Deus, dat se totum integrum: Verum quid ageret animus, si paulisper clarius hanc videret veritatem? Deus, quem adoro, est meus, & manet in me totus integer: Deus hic immensus in sua magnitudine, & infinitus in sua Majestate ita se dat totum integrum pulillae animae! hoc adeo stupendum est, ut stuporem ingeneret omni animo id attentius confidenti.

Quantam putas percussam fuisse admiratione Sanctissimam Virginem ex aspectu ejus, quod in puellissimo suo gestabat utero? Itane

Majestas infinita! Itane? magnitudo immensa! quae proportio te inter & me? & tu in me includere vis totum ac integrum te! siquidem hoc esse non potest ex parte, ed quod partes nullas habeas! totus ergo ac integer inhabitas me, quin aliquid tui ipsius deneges mihi ac subtrahas: Hem! Quomodo hoc esse potest? Si respirarem Elementum aëris totum integrum, si attingerem terrae massam totam integram, si includerem in me omnes globos caelorum totos integros, si complecterer totam universi magnitudinem in me, hoc stupendum adeo crederetur esse prodigium, ut nemo id posset comprehendere; & tamen totum universum minus est pulvisculo, tua comparatum magnitudini; & quod verum sit, me possidere te totum integrum, o immensa magnitudo Dei, quem adoro? qua ratione comprehendendi possit? An quod magnitudo immensa Dei se coarctet & abbreviet, ut meae se accomodet parvitati, seque reddat minorem me, ut totus integer habitare possit in me? an quod ipse meam adaugeat parvitatem, illamque caelis reddat ampliorem, ut illam suae conformem reddat magnitudini? quando enim includitur aliquid in alio, majus includens debet esse incluso: o MARIA! o Mater admirabilis! quanta est igitur tua magnitudo! quia quem caeli capere

Declaratio
primi para
doxi.

non poterant, tuo gremio contulisti? ô prodigium, quod obstupescunt Angeli! tu includis in sinu tuo Deum quem vasta cœlorum non includit amplitudo: affirmari potest paucis verbis pro declaratione huius paradoxii, quod, quantum concernit Sanctissimam Humanitatem Infantis JESU, hæc tota integra fuerit in utero Virgineo Matris suæ, & non fuerit alibi, quodque ipseus divinitas, quæ etiam tota integra fuit in purissimo ipseus utero, fuerit eodem tempore tota integra extra ipsam, sicut extra cœlos & totum hoc universum, eodquod, cum immensa sit, nullos admittat suæ limites magnitudinis. Et admitamur Sanctissimam Virginem ex eo, quod in sinu suo includat omnem hæc magnitudinem, cum tamen non limitet illam.

Deus magnam reddit animam per communionem.

Verum quomodo contingit nobis, ininterrogavi ipsum, quando sacram accedimus synaxim, & actualiter recipimus in nobis eundem Deum. Hominem, quem Sanctissima Virgo in purissimo suo incluserat utero? Quid æstimandum est, vel de profundâ annihilatione Dei qui eodque demittit se, ut tam angustum incolere dignetur ergastulum; vel de incomprehensibili incremento nostræ animæ, quæ eodque dilatat se, ut includat in seipsâ totam immensam magnitudinem Dei? Nonne hoc nostrum admiratione perpetuâ de-

figere debeat animû? perpende hoc bene respondit mihi, ita perpende hoc bene post sacram communionem.

Interim percipe explanationem secundi paradoxii; quando interrogatur, quâ ratione Filius Dei Incarnatus existat in sinu divinae Matris suæ, quemque ibi teneat gradum & ordinem? dixi, ipsum primum esse & novissimum, sublimiorem cœlis, & inferiorem omnibus creaturis; ipse est Ens Entium, ipse est nihilum vilissimum: omnis supremus honor ipsi debetur, ipsique redditur in cœlo; & ipse venit in terras, ut maximâ obtruat vilipensione & contemptu. An bene comprehendere hoc vales?

Audi modò, quid tibi dicat fides, ipsum Deum esse & Hominem; quia verus est Deus, omnium entium est ipse primus, omnesque honores debentur illi; hæc veritas non potest oppugnari: Et quia homo est, est ipsum nihilum, adeoque novissimus, & summo efficiendus contemptu. Ne scandalizeris hæc propositione, videbis ipsam veritati esse conformem. Magnus Apostolus S. Paulus non contentus est dicere, quod annihilaverit seipsum, factus homo: *Semetipsum exinanivit*; sed dicere non abhorruit, quod factus sit peccatum amore nostri; *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis factis*: id est, sicut exponit Sanctus Ambrosius, Theophylactus, & Sanctus.

Declaratio
secundi pa-
radoxii.

JESU
Christus
est prima
& novis-
simus, cui
debetur
omnis ho-
nor & co-
muni co-
muni.

Quo-
se ha-
verit
Christi
more

etus Anſelmus, quòd ideò veniens, ut eſſet Saluator omnium peccatorum, onerare ſe voluit omnium culparum & noxarum debito, ſicut omnes Prophetæ veteris Teſtamenti tot diverſis modis prædixerant, & inter alios Iſaias, luculentis verbis: *Paſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrum.* Erat igitur ipſe vas atque fidejuſſor univerſalis omnium noſtrorum debitorum, ſequè obſtrinxit ex divina charitatis ſuæ abundantia, ad reſpondendum juſtitiæ Dei, pro omnibus peccatis noſtris. Jam unicum ſolum peccatum annihilat hominem infra nihilum, ipſumque deſpicabiliorem facit ipſo nihilo: Quid igitur erat cum illo, qui onuſtus apparebat totâ innumerabili multitudine peccatorum, omnium ſimul hominum? Nonne igitur dici poſſit, quòd ipſe deſtinaverit ſemetipſum ad portandum & tolerandum omnem multitudinem opprobriorum & deſpiciatum, quos merebantur omnes, quòdque ipſe, dum aſpicitur in hoc ſtatu, non ſolum ſit infimus & noviffimus omnium creaturarum, ſed etiam annihilatus infra omnia nihila; hoc enim erat, ac ſi ipſe ſolus fuiſſet omnium peccatorum ſimul congregatorum acervus.

Quòdque ſe humiliat, vero JESUS Chriſtus a noſtris
 O mi JESU! quando te confidero in ſinu divinæ Matris tuæ, quàm profundis proſequendus es mihi homagijs, ſupremis adoratio-
 R. P. Iſaac Conſultat, Tom. III.

num obſequijs! eòquòd primùm & præcipuum ſis ens, ens entium, & ſummus, quem adoro, Deus! ſed quantam tibi debeo honoris reparationem pro opprobrijs & ignominijs, quibus oneravi te, cum amore mei eſſe volueris noviffimus omnium, ſubſtituens te loco mei, teque onerans peccatis meis, quæ ſunt velut totidem malitiæ barathra, ut horrenda portares opprobria, quæ fuerant in æternum mihi portanda, quin tamen ſupportare illa & ſufferre unquam poſſem. O quàm immenſis debitis tibi teneor, quibus expedire me potero nunquam! ſed quòd ſtupendum magis eſt, quòdque omnium corda percellere deberet admiratione, vis inſuper, ut confidenter petam à te: Domine, ſolve tu ipſe pro me, & è tuis deſume theſauris, unde omnia ſolvas ex integro, quibus obſtringor tibi.

Neque id fatiſ eſt, reſtat adhuc tertij declaratio paradoxij, quòd non minorem duobus alijs ciet ſtuporem. Si nôſſe quis velit, quid faciat Infans Deus, dum portatur in utero Sanctiſſimæ Matris ſuæ, reſpondebo, quòd faciat omnia, quòdque faciat nihil; quòd poſſideat in pace omnes infinitos theſauros honorum Creatoris & creaturarum, quòdque laborando ſuas exhauriat vires & vitam conſumat, ut illos ſibi acquirat. Videtur tibi hæc omnia ſibi invicem eſſe oppoſita, ſed audi, quàm bene conveniant
 F i f f

niant, ut illis contradici non possit.

Vis intueri, quâ ratione faciat omnia? Considera, quod omnia, quæ facta sunt, tres complectantur ordines: Sunt enim vel opera naturæ, vel opera gratiæ, vel opera gloriæ; extra hæc non est, nisi solitum peccatum, quod non est aliquod ens, sed purum nihilum. Jam ipse est Auctor omnium operum naturæ, quia est Creator; ipse est Auctor omnium operum gratiæ, quia est Redemptor; ipse tandem est Auctor omnium operum gloriæ quia per ipsum omnes beati eorum tenent possessionem; Verum igitur est, quod faciat omnia.

Et nihilominus non minus verum est, quod faciat nihil horum omnium; ipsemet hoc nobis dicit verbis luculentis, & confirmat iuramento in Sancti Joannis Evangelio: *Amen, Amen, dico vobis, non potest Filius à se facere quidquam*; Ratio est quia operatio sequitur esse; Jam ipse esse non habet à seipso; si enim aspicias ipsum secundum Divinitatem ejus, non est à seipso, sed à Patre suo; si aspicias ipsum, secundum Humanitatem illius, non est à seipso, sed à Matre suâ: Cum ergo non sit à seipso, neque ut Deus, neque ut Homo, non agit aut operatur à seipso, neque ut Deus, neque ut Homo; Et quando se totum integrum impendit magno salutis nostræ operi, non dat nisi id, quod

accepit à Patre suo æterno, & à Sanctissimâ Matre suâ.

O Deus! quàm stupendæ consecutiones trahi possunt ex hoc principio, ad gloriam Dei Patris, & ad gloriam Sanctissimæ Virginis? Sequitur igitur, ipsos esse, qui conjunctim operentur salutem mundi per Filium suum Unigenitum; Si quidem manifestum omnino est, quod non solum Unigenitus hic Patris & Matris, facere nihil posset, sed nec haberet esse, nisi recepisset id ab utroque: *Non potest Filius à seipso facere quidquam*: Nonne cœcutire oporteat eum, qui non videat, impossibile esse, quod aliquis peccator suorum obtineat remissionem peccatorum, aut salutem per JESUM Christum, nisi Deus Pater ex propria suâ substantiâ progenuisset ipsum? An unicus sit Beatorum, qui non fateatur in æternum ex intimo sui cordis: ô divina Pater? tibi debeo salutem, quam accepi per JESUM Christum; quis similiter cum veritate non dicat: ô divina Mater! tibi teneor de salute, quàm obtinui à JESU Christo. Si quis nullâ afficeretur pietate erga Patrem nostrum cœlestem, qui nobis Filium suum dat Unigenitum eorum Salvatorem nostrum, quàm turpem ingratiitudinis incurreret notam? Et quid dici posset de ijs, qui verâ devotione Sanctissimam non prosequuntur Virginem? Nonne indigni prorsus sunt, qui

JOAN. 5.
v. 19.

JESUS
Christus facit omnia,
& facit nihil

JESUS
Christus
facit nihil
pro salute
nostra
à Deo Patre
& à Sanctis-
sima Virgine

Mil.
Cor. II
Christus
facit
nihil
pro salute
nostra

in partem veniant beneficijs ſalu-
tis ?

An videre tandem vis, quómo-
do divinus hic Infans, quem MA-
RIA in Virgineo ſuo portat utero,
poſſideat in pace omnes infinitos
theſauros bonorum Creatoris &
creaturarum; verum eſt, ipſum
hos poſſidere in totâ ſua plenitu-
dine; ſi enim per impoſſibile de-
ſtitueretur alicujus boni genere,
non eſſet Deus: *Gloria & divitia
in domo ejus*: Omnis infinita Pa-
tris ſui gloria, omnesque immen-
ſæ creaturarum ſuarum divitiæ u-
niuntur & conveniunt in domo ip-
ſius, & MARIA, quæ magnifica
hæc domus eſt, earundem eſt de-
poſitaria.

Verum ſi poſſideat illas, eccur
hoc nomine cuncta vitæ ſuæ im-
pendit momenta, & cuncta mor-
tis ſuæ toleravit tormenta? Non,

ut acquireret illas pro ſe ipſo, cum ad acqui-
rendū pro-
pria ſua boni-
tate
harum abſolutus ſit Dominus; ſed
ut acquireret illas pro nobis; imò,
ut verum dicam, non, ut acquire-
ret pro nobis illas, ſiquidem illas
omnes jam acquiſivit jure Nativi-
tatis ſuæ, ſed ſolum ad obſtrin-
gendum nos, ut illarum adire
vellemus poſſeſſionem. O bone
Deus! an poſſibile ſit, tantum la-
boris impendendum fuiſſe Deo,
tantum collocandum operæ, tam-
que potentia adhibenda remedia,
ut obligaret nos, quatenus velle-
mus eſſe beati, & his omnibus cir-
cumſpectis, non potuiſſe id obti-
nere à nobis! Taceamus de ſuper-
ponderemus id totâ vitâ noſtrâ,
& ſi ſerid ac maturè id perpende-
rimus, impoſſibile erit, quin ex
eo concutiendi ſimus ter-
rore.

ARGUMENTUM.

*Quenam fuerint occupationes Sanctiſſimæ Vir-
ginis, portantis Infantem JESUM in caſtiſſimo
utero ſuo.*

ARTICULUS IV.

Videbatur mihi, omnia huc-
uſque dicta non ſatiſfeciffe
ardentiſſimo, quo ex-
ſtuabam deſiderio cognoscendi ali-
quid de cogitationibus & affecti-
bus, quibus occupari poterat San-
ctiſſima Virgo in mente ſua, dum
portabat in utero ſuo illum ipſum,

qui totam conſtituit occupationem
divini Patris ſui per omnem æterni-
tatem: Hæc ſuper re propoſui quæ-
ſtiones aliquas charitativo Comiti
ac Ductori meo, quibus urgebatur
ad manifeſtandum mihi pretioſa a-
nimæ ſuæ arcana, quæ credebam
retinere voluiſſe illum pro ſeipſo.

FFFF 2. Prima

Prima verba, quæ dixit mihi, sumam affecerunt me admiratione: Verum est, incipit, verum est, quod idem infinitorum gaudiorum fons fuerit totus simul in sinu Dei Patris, & in sinu Sanctissimæ Virginis, quodque ambo repleti fuerint dulcedine quâdam & gaudio divino, quibus plenè oblectabantur; nihilominus id intercedit discrimini; quod Deus Pater produciens Filium suum è propriâ suâ substantiâ divinâ, nullam faciat desuper reflexionem, nec illius recorderetur; quodque Sanctissima Virgo progignens eundem è propriâ suâ substantiâ humanâ Filium, absque intermissione versaverit id animo, semperque illius fuerit recordata.

Sanctissima Virgo absque intermissione reflexionem faciebat supra Filium suum Unigenitum, quod Deus Pater nunquam facit. Quomodo, dicebam ipsi, interpellando eum subaspere? quomodo dicis, quod Deus Pater produciens Filium suum Unigenitum, non fecerit desuper reflexionem, nec fuerit illius memor? An igitur nescit, quid faciat? Bona verba, quæso, reposuit mihi, malè id accipis; non enim, uti putas, hic defectus est, sed potius infinita quædam perfectio in Deo, se non reflectere, non recordari, nec memorem esse. Reflexio est secunda quædam cogitatio sese replicans supra primam; & hoc proprium non est nisi intellectibus creaturarum, quibus opus est pluribus cogitationibus, eodquod unica sola ipsi non sufficiat pro omnibus. Deus nun-

quam habuit nisi unicam solam simplicem cogitationem, quæ sufficiat pro omnibus: Recordatio & memoria ejusdem, non est nisi pro rebus præteritis, quas intellectus revocat ad se, ut illas sibi de novo reddat præsentem; verum nihil præteritum est, aut futurum Deo; omnia illi semper sunt præsentissima, potissimum Nativitas Unigeniti Filij sui, quæ nunquam incipit, & nunquam præterit; ipsa semper actualis est, semperque præsens; non datur de hac ullâ ipsius recordatio, velut de re præterita.

Non ita res agitur cum Sanctissima Virgine; reflectebat hæc se sæpius & revocabat in mentem eam, quam possidebat felicitatem, quod nempe Mater esset talis Filij; & quia ipsamet non capiebat omnem illius magnitudinem; Sicuti S. Augustinus velut certum tenet, dum inquit: *Audacter pronuntio, quod nec ipsa planè explicare poterat, quod sapere potuit*; Et quia cor ipsius gustare simul non poterat omnem ipsius dulcedinem, nec omnem illius sustinere oblectationem, hinc sæpius reducebat in animum idæam ipsius ac imaginem, ut nunquam non ipsius conservaret memoriam: Et in hoc consistebat ipsius perfectio, sicut illa Dei in eo consistit, quod nunquam se reflectat, nec unquam illius rei recorderetur.

O Deus! Quis imaginari sibi posset abundantiam divinarum consolationum.

solationum, quæ torrentis in morem ipsius obruebant animam; si ve defigeret oculos in præsentia, siue suas evibraret cogitationes in futura.

Magnam gaudium inactiffione Virginis, considerantis præteritum.

Si aspiciebat jamjam præteritum; Ecce igitur illum, quem cuncta sæcula tantis expetere suspirijs; cuius ut obtineretur copia, tanta lacrymarum effusa est copia in terris; qui congeminitis cælum resonare fecit gemitibus, qui corda innumera ardentissimis possidendi ipsum succendit desiderijs, quem tanti milliones desiderarunt hominum, quem expectarunt omnes; Et ego sola tam auspiciatam noctæ sum sortem, ut receperim in sinu meo ipsum, meque tam pretioso thesauro intuear locupletatam; Congaudete mecum, & congratulamini mihi: Venite cuncta Majorum nostrorum sæcula, participare ex meorum gaudiorum abundantia, congratulamini felicitati meæ.

Ecce igitur in sinu meo illum, quem possidet Pater æternus in sinu suo per omnem æternitatem; illum, à quo tantò repletur gaudio, ut sufficiat ad faciendum ipsum Deum infinità ratione beatum; illum, quem ita diligit, ut nunquam ipsum ulli dederit personæ, ad hoc, ut illius esset Filius, nulli in mundo Monarchæ, nulli in cælis Angelo, sed nec ipsi Spiritui Sancto, quamvis is divina sit persona. Tandem nulla unquam persona fuit & nulla unquam persona erit nisi

Pater æternus, & ego, quibus auspiciata accidit fors, ut dicere illis liceat: Hic est Filius meus Unigenitus; Et si Unigenitus hic Patris repleat ipsum omni gaudio, cujus est capax illius immensitas, eodem me quoque repletet, si cor mihi foret ejusdem cum ipsius corde capacitatis: Congaudete mecum, & congratulamini; Venite omnes Monarchæ hujus orbis, venite omnes filij Adæ, venite omnes à paradiso Angeli, venite in partem mei gaudij, & meæ congratulamini felicitati: Ecce aliquid ex eo, quòd dicere & sentire posset in corde suo revolvens animo præterita.

Si suos figebat oculos in id, quod præsens erat, constitutam se videns in actuali possessione totius thesauri, quem possidet Pater æternus, quòdque portaret in sinu suo eundem, quem in suo portabat ipse Filium: nonne quandam cum eo formare poterat Echum, repetendo eadem sua cum ipso verba, quæ dixit in Thaboræo vertice? Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; nonne id ipsum dicere poterat illa: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui? Affirmante ipso, cum prodigi Patre Filij: Fili mi, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt; nonne poterat ipsa eadem repetere verbà: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt? Dicente Patre: Filius meus Unigenitus est mea splendor

Ingens gaudium B. Virginis, considerantis præsentia.

Matth. 3. v. 17.

Luc. 15. v. 31.

S. Katali nus lapet 88. gaudium

ad Hebræ:
L. V. 3.

dor gloriæ, ac mea figura substantiæ; Mater idem omnino dicebat: *Filius meus Unigenitus est mea splendor gloriæ, & mea figura substantiæ.* Si Pater dicebat: *Possidebo per ipsum omnem gloriam externam, qua Deo debetur à creaturis suis: ipse hujus causa erit immediata, & ego illius ero principium, eòquòd ipsi tribuam esse meum divinum: Mater idem omnino affirmabat: Procuremabo per ipsum omnem gloriam externam, qua reddetur Deo à creaturis suis; ipse illius est causa immediata, & ego ipse sum principium, eòquòd tribuam ipsi esse meum humanum.* Si Pater dicebat; *ipse est vita mea, & si per impossibile ipse non esset meus filius, non essem Deus;* ausculta Echum, quæ respondebat: *Ipsè est,* dicebat etiam Mater, *vita mea, & si ipse non esset meus Filius, non essem Mater Dei.* Et ex in verum est, quod Filius sit gaudium, gloriæ & pretiosissimus thesaurus Patris sui, & Matris suæ; quòdque, quantò plures hic Filius habet perfectiones, tantò majus afferat illis gaudium, & cum non dividant hoc inter se, sed ambo illud possideant totum integrum absque divisione; quid æstimandum sit de gaudio & perfectâ felicitate, quam Deus Pater & Sanctissima Virgo simul possident per Filium Unigenitum JESUM Christum, cujus perfectiones & gloriæ infinità ratione sunt infinitæ? Hoc est quòd nullus creatus

intellectus, nec hominum, nec Angelorum, imò nec Sanctissimæ Virginis ipsius comprehendere posset: *Audacter pronuntio, quòd nec ipsa planè explicare poterat, quòd capiebat.* Et hoc est Parum ali- quid ex eo, quòd aspectus præsentiam ipsi poterat conferre.

Si tandem ipsa suas evibrabat cogitationes in futurum, aspici- bat omnes amœnos fructus myste- rij, Incarnationis, quorum abun- dantia sufficeret ad replendum cœ- lum & terram, quòrumque dura- tio excederet illam omnium sæculorum, & in ipsâ persisteret æternitate. Aspiciebat ipsa veritatem salutationis sibi factæ à cognata suâ Elisabeth, & adimplerionem Vaticinij ipsius sibi dicentis: *Be-* Luc. 1. 41
nedictus fructus ventris tui: Tota hæc innumerabilis multitudo San-ctorum & Sanctarum, Patriarcharum & Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum & Beatorum, qui cantabunt in æternum laudes Dei, inebriati torrente voluptatis domus ipsius; omnes hi sunt fructus ventris mei, dicebat ipsa, eòquòd ille, quem porto in sinu meo, produxerit ipsos.


O Deus! cum verum sit juxta Sanctissimæ
Evangelium, quòd tantum sit gau- Virgo nec
dium in cœlo coram Angelis Dei invitat ad
super uno peccatore penitentiam congrate-
agente, ut magis jubilent de eâ, landum sibi
quàm de innocentia nonaginta Luc. 1.
novem justorum, qui immunes 11.
sunt

sunt à peccato : quid censendum est de gaudio, quæ superabundabat cor Regina Angelorum, dum aspiciebat in spiritu tot millionum milliones peccatorum, qui conversuri se erant & asperitiam exantlaturi poenitentiam omni tempore, & in eundem mundi locis per Filij sui gratiam & potentissimam suam intercessionem.

Cogita, quantum fuerit gaudium mulieris illius Evangelicæ, quando invenit drachmam illam deperditam, eodquod, cum sola supportare illud non potuerit, convocare suas opus habuerit vicinas in subsidium ad illud supportandum: *Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram*; Et exin judica, an imaginari tibi possis, quanta delibutum fuerit gaudio Cor Sanctissimæ Virginis, dum aspiciebat, quod omnes animæ filiorum Adæ, quarum quævis in specie incomparabiliter pretiosior est omnibus mundi divitijs, postquam deperditæ fuerant per culpam primæ mulieris, iterum tam feliciter inventæ sint per magnam hanc lucernam cœli, quam productura erat in mundum, ut ex eo omnes expelleret tenebras, sicut & per curam omni charitate plenam, quæ purgatura erat domum, omnesque ex illa ejectione sordes ac immunditias: *Accendit lucer-*

nam & everrit domum: dum intuebatur tot peccatores per gratiarum JESU Christi lumina, & potentem suam intercessionem convertos, & velut totidem pretiosas margaritas deinde inventas. O Deus! quantum ipsi fuit gaudium de quovis in particulari, & quantum abundantia divini solatij de omnibus simul?

Sanctissima Virgo intuebatur hæc omnia portans in purissimo utero suo Infantem JESUM; Et quocumque suos conjiciebat oculos, in præteritum, vel præsens, vel futurum, argumentum inveniebat gaudij, cujus omnem magnitudinem comprehendere ne quidem poterant omnes in cœlo Angeli: Sed nos, qui gloriamur, honorare nos ipsam, esse nos ipsi devotos, ipsius nos sectari gloriam; nos, qui ex parte causa sumus ipsius gaudij, & quia ipsa promptissima semper est ad contribuendum efficaciter salutem nostræ, non curemus, non promoveamus ea, quæ attingunt, quæ concernunt ipsam? An illi non congratulemur? Non applaudamus ipsius gloriæ & felicitati? Indies exsolvendæ sunt à nobis Deo, decies centies millenæ grates, ut gratos exhibeamus nos cum illa ob tantas collatas ipsi magnificentias.



ARGU.

ARGUMENTUM.

*Uterus Sanctissimæ Virginis portantis JESUM
dignior erat Cælo Emyreo.*

ARTICULUS V.

Quomodo affirmare hoc potes, interrogabam comitem; videtur id adversari omni bonæ rationi: Siquidem imprimis Cælum Emyreum magnificentum est palatium, ubi Majestas Dei regnat, & dominatur in omni suâ gloriâ. Secundò omnes Angeli, omnésque Beati commorantur ibi, ad glorificandum illum, & decantandum illi laudes in æternum; Et tandem regnare cum Deo in cælo Emyreo, est ultimus spei nostræ scopus ac terminus; quo nihil est dignius, nihil excellentius.

Tres rationes, ob quas uterus Sanctissimæ Virginis, portantis Infantem JESUM, præferri debeat cælo Emyreo.

Verum est, respondit mihi, sed considera, quod Majestas Dei non ita, nec tam magnificè glorificata fuerit in cælo Emyreo, sicut glorificabatur in utero Sanctissimæ Virginis: Pondera bene tres rationes, quas tibi exponam; Et certus sum, inventurum te illas maximi roboris, illasque evidentissimè conclusuras.

Prima est, quòd in cælo Emyreo Deus non recipiat adorationes, laudes, & quoscunque, quibus afficitur, honores, nisi à creaturis; Et quamvis eximie & supràmòdum excellentes hæ sint, cum sint omnes novem Chori Angelo-

rum, cum sint omnes innumeratus Sanctorum atque Sanctorum, cum sint omnes Beati, qui suavissimam modulantur concentum, ad glorificandum illum perfectissimo, quo possibile est illis, modo; nihilominus non sunt, nisi creaturæ; & constat, omnes creaturas, cum infinità ratione sint infra Creatorem suum, idoneas non esse, ut impendant ipsi obsequium, quod infinitæ ipsius magnitudini sit congruum.

Sed in utero Sanctissimæ Virginis honoratur Deus à Deo ipsi æquali: Siquidem Filius Unigenitus, qui exhibere non potest aliquid obsequium, vel aliquam submissionem Deo, dum est in adorando ipsius sinu (eòquòd inferior non sit Deo patre suo, sed ipsi æqualis in omnibus) eum ob finem transit in uterum divinæ Matris suæ, ut inferiorem se faceret Deo Patre suo, dum factus est Homo, sicque idoneus esset adorare ipsum velut Deum suum, obedire ipsi velut Domino suo, ipsique inservire velut creatura Creatori suo; an æstimari possit, cujus valoris sint omnia obsequia in hoc statu illi ab ipso exhibita? Siquidem cum in profunda humili-

rationis suæ humanæ abyſſo, ſemper divinam ſuam conſervet magnificentiam, quando adorat divinum Patrem ſuum, verum eſt dicere: Deus eſt, qui adorat Deum; quando laudat ipſum; DEUS eſt, qui laudat Deum: Quando ipſum orat, ipſi gratias agit, ipſi obtemperat; Deus eſt, qui orat Deum; Deus eſt, qui agit gratias Deo; Deus eſt, qui obtemperat Deo: Et tandem, quando ſe ſacrificat pro ipſius gloria, ipſique reparationem honoris facit perfectam ac integram, ob omnes injurias per peccata hominum ipſi illatas, verum eſt dicere, quod Deus ſe offerat in ſacrificium Deo, ad ſatisfaciendum juſtitia ipſius in toto rigore.

An univerſum cælum Empyreum reddere poſſit tantum gloria Deo, quantum is recipit ab Homine Deo, quem in ſuo MARIA portat utero? an maxima quæque Angelorum, hominumque, & creaturarum omnium conjuncta ſimul homagia comparati poſſunt homagio omnium minima, quod Creator impendit Creatori? An inſuper poſſet Deus per omnem cuncti potentia ſua amplitudinem, aliud creare cælum (quamvis id locupletaret nobiliſſimis quibusque creaturis, quaſtrahere poſſet è nihilo) quod redderet ipſi tantum honoris, quantum recipit in utero Virginali Matris ſua, quæ procurat ipſi gloria

R. P. Isaac. Conſultat. Tom. III.

riam infinitam, ut Deus ſit Dei ipſius.

Gloriari quidem is poterat, quod eſſet Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Angelorum, Deus omnium creaturarum; ſed gloriari non poterat, eſſe ſe Deum Filij ſui Unigeniti, eò quod non eſſet nec ipſius ſuperior, nec ipſius Creator, quoad, dum Sanctiſſima Virgo depreſſit Filium infra Patrem, conſpectus ſit Pater infinita ratione tranſcendere Filium, & ipſemet ſaluſ ſit Filius per os Vatis Regis: *De ventre Ma-*

tris mea, Deus meus es tu; per quod dicere illi voluit: Non de ventre tuo proprio tu meus es Deus; nam de ventre tuo meus es Pater, & non Deus meus, eò quod non ſis Creator meus, nec Dominus meus. Quid igitur ſit totum cælum Empyreum, ubi Deus non intueret ſe Deum, niſi creaturarum, comparatum cum utero Virgineo MARIE, ubi Deum ſe videt Dei ipſius? Quando aliam mihi non eſſet ratio niſi hæc, nonne evidenter concluderet, quod uterus Sanctiſſimæ Virginis portantis Infantem JESUM dignior ac nobilior ſit cælo Empyreo. Sed ecce tibi ſecundam, quæ non minoris eſt firmitatis ac certitudinis.

2. Et hæc eſt, quod cælum Empyreum ſit quidem Paradifus creaturarum Beatarum, ſed non ſit Paradifus Dei ipſius. Antequam eſſet cælum, vel terra, vel ulla

Gggg crea-

Magna gloria quam procurat Sanctiſſima Virgo Deo Patri.

Pſalm. 21.

Cœlum
Empyreum
est paradisi-
sus Creatu-
rarum bea-
tarum, sed
non paradisi-
sus Dei.

creatura, nonne Deus potiebatur
Paradiso suo in semetipso, per om-
nem æternitatem suam. Post-
quam creavit hunc locum delicia-
rum, ut communicaret gloriam
suam creaturis suis, factus is est
paradisus Angelorum & homi-
num, sed non paradisus DEI; si-
quidem ipse aliam non habet,
quàm magnificentum propriæ hæc es-
sentia palatium: sed incomparabi-
lis est gloria uteri Sanctissimæ Vir-
ginis, quâ mirificè attollitur supra
cœlum Empyreum, eòquòd ipsa
primus sit paradisus DEI, cum in
ipsâ DEVS-Homo prima vice
inceperit intueri essentiam DEI, &
esse Beatus secundum Humanita-
tem suam, cum essentia divina non-
dum adhuc fuerit conspecta nisi à
puris creaturis in cœlo Empyreo.
Compara modò duos hos inter se
paradisos, cœlum Empyreum cum
utero Sanctissimæ Virginis, & vi-
debis hunc longè excedere & ex-
cellere alteram, præsertim in tri-
bus.

Primum est, quod Beatus, quem
is includit, nobilior absque com-
paratione sit solus, quàm omnes
Beati simul in cœlo Empyreo. Se-
cundum est, quod ipse sit regnum
Filij Unigeniti, qui non recipit suam
beatitudinem velut gratiam sibi
non debitam, sed qui possidet il-
lam ex jure naturali velut heredi-
tatem Patris sui; pro eo, quòd o-
mnes Beati in cœlo Empyreo non
sunt nisi servi, qui recipiunt mer-

Uterus san-
ctissimæ
Virginis
portantis
Infantem
Jesum, erat
paradisus
superans
cœlum in-
ferius.

cedes suas, vel filij adoptivi, qui
non admittuntur nisi ex gratiâ ad-
pretiosum hoc bonum, quòd pos-
sidendi nullum ipsis est jus natura-
le. Et tertium est, quòd ipse non
sit cœlum aliquod insensibile & in-
animatum, sicut cœlum Empyre-
um, quòd non est nisi corpus abs-
que animâ; locus deliciarum, quas
ipsemet gustare non potest, & ha-
bitaculum quoddam Beatorum,
abs eo, quòd ipsum met sit beatus:
Sed uterus Sanctissimæ Virginis est
cœlum animatum cognoscens &
de gustans felicitatem suam; est
cœlum, quòd cum includat in se
inexhaustum fontem omnium bo-
norum tum temporalium, tum æ-
ternorum, ipsummet haurit cum
gaudio ex fonte Salvatoris, ex quo
cœlum Empyreum non hauriet nec
biber unquam. Manifestum igitur
est ex secundâ hæc ratione,
quòd uterus Sanctissimæ Virginis
portantis Infantem Jesum dignior
& præstantior sit cœlo Empyreo.

3. Adjungo pro tertiâ & ultimâ
ratione, quòd sit Templum magni-
ficum, Altare sacratum, & verum
Oratorium DEI, quòd propriè di-
ci non potest de cœlo Empyreo.
Quòd ipse sit Templum magnifi-
cum Majestatis DEI, observa, qui-
nam sit usus Templorum in terris;
hic nascuntur omnes filij DEI; si-
quidem extra illa nascuntur filij
hominum & inimici DEI; hic nu-
triantur ex propriâ substantiâ DEI,
quando ad sacram admittuntur sy-
naxia;

Uterus
sanctissimæ
Virginis
est Tem-
plum, ab-
sque
ratione
DEI.

nam: hic exhibens supremos honores DEO debitos. Et nonne in utero Sanctissimæ Virginis Filius DEI recipit vitam hanc humanitatis divinam, & divinitatis humanam, quam conservabit in æternum? Ecce igitur dignissimum Filium DEI in Templo hoc natum: Nonne hic ipse nutritus fuit per novem menses, eandem recipiens substantiam, quam nos recipimus ad sacram mensam in sanctâ Communionem? Nōane hic tandem ante omnia ipse reddidit supremos honores DEO debitos tum pro se ipso, tum pro omnibus hominibus. Verum igitur est, quod purissimus Sanctissimæ Virginis uterus verè sit Templum magnificentissimæ Majestatis DEI. Hoc propriè dici non potest de cælo Emphyreo.

Quod verum quoque sit, ipsum esse sacratum Altare DEI, vide, quid sit Altare, nisi sacra quædam mensa, in quâ offertur DEO sacrificium ad impendendum illi supremos honores: Jam sanctus Paulus asserit nobis, quod Verbum Incarnatum non venerit in terras, nisi velut victima Sacrificio deputata, quod ubi primùm ingressus est mundum, dixerit Patri suo: Ho-

stiam & oblationem noluisti, corpus Hebr. 10. autem aptasti mihi; holocaustata 1. 4. pro peccato non tibi placuerunt: Tunc dixi, ecce venio: Per quod dicere ipsi voluit: Bene video, quod omnes hostiæ, quas homines tibi hucusque obtulerunt, non fuerint tibi acceptæ, eò quod sufficientes non fuerint ad afficiendum te supremo honore; Corpus autem dedisti mihi, quod offero tibi cum summâ reverentiâ Augustæ Majestati tuæ debitâ, & ut melius devoteam id tibi in Sacrificium, impone illud Altari tuo. Et quod nam erat Altare, in quò oblatum est magnum hoc Sacrificium à primo suo introitu in mundum, nisi uterus Sanctissimæ Virginis MARIE? Verum igitur est, quod castissimus ipse uterus sit Altare sacratum DEI, uti sapius nuncupatur à sanctis Patribus. Jam hoc propriè dici non potest, de cælo Emphyreo, cum in eo non immoletur.

Quod verum tandem sit, ipsum esse verum Oratorium DEI, prodigia includit magis stupenda, quæ ut melius declarentur, requirunt articulum particularem.

* * *



Gggg 2

ARGU-

ARGUMENTUM.

Uterus Sanctissimæ Virginis est verum Oratorium DEI.

ARTICULUS · VI.

Qui admodum experti non sunt in scientiâ Mysticâ, omittere possunt hunc & sequentem articulum, quos ineptis iudicabunt plenos: Qui potentiam mysticorum habent, intelligunt & haurient voluptatem ex illis.

Jesus Christus exercuit omnes actus religionis, ut hoc nos edoceret,

Dum sermo sit de Oratorio, intelligitur plerumque certus quidam locus, in quem receditur ad deprecandum Deum, sed non locus, quò secedit Deus ad obsecrandum seipsum: Nam quis dicat, precari & obsecrare Deum? Ipsius est obsecrari & non obsecrare: Ecce, quòd dixi ab initio; sed respondit mihi admodum appositè. Verum est, quòd Deus secundum divinitatem suam precari & orare non possit, secundum Humanitatem tamen potissimum spectat ad ipsum orare, nosque instituire in orando: Ecce hujus tibi rationem.

Exercere perfectè, & nos instruere, ut secum exerceamus omnes actus virtutis Religionis, proprium munus est JESU Christi; eò quòd ipse sit Auctor & summus Pontifex Religionis, quam profiteri omnibus incumbit hominibus, quæque Christiana est. Jam inter actus Religionis oratio procul dubio unum è præcipuis locum tenet; partium ergò illius est excellenter exercere ipsam, nosque in ejus exercitio, instituire ad sui imitationem: hinc videmus, ipsum absque intermissione orasse & modis

admodum diversis: modò oratione vocali, uti dicendo *Pater noster*, & cantandò Hymnum cum suis Apostolis; modò oratione mentali, uti tunc, quando recessit solus ad orandum in solitudinem; orabat omni tempore & omni loco, relinquens nobis insuper hanc summi ponderis instructionem: *Oportet semper orare, & non deficere*: Sic cum oraverit semper & ubique, bene dici potest, ipsius Oratorium fuisse, omnem mundi locum, quemcunque accedebat.

Verum nihilominus est, quòd ipsemet præparaverit sibi Oratorium quoddam particulare, occultissimum sanctissimum, divinissimum, in quo perfectiorem & sublimiorem perfecit orationem, quam unquam perfecit in terris; & hoc oratorium erat purissimus uterus Sanctissimæ Matris ipsius; Hic se inclusit, velut in occultissimo quodam sanctuario, hominibusque protùs incognito, ut loqueretur cum Deo Patre suo, & secum ipso, in admirandâ hâc oratione, à quâ nunquam destitit, postquam illam incepit.

Audiebam hæc admirabundus adhuc, quid dicere vellent, nescius, dicto.

Luc. 18, v. 1.

Modo
tionis
mirab

Luc. 11

Uterus sanctissimæ Virginis

fuit primū
oratorium
Jesu Chri-
sti.

dictorūque expectans declara-
tionem: sed mea sumpsit augmen-
tum admiratio, dum dixit mihi.
Quando loquor de oratione JESU
Christi in suo Oratorio, non cre-
das me loqui de oratione vocali;
talem enim fecit nullam in utero
Matris suæ; non loquor etiam de
meditatione aut contemplatione
sed de alio magis sublimi his omni-
bus genere orationis, quā JESUS
Christus non faciebat, sed quā
inveniebat omninō jam factam. In-
telligo tandem admirabilis cujus-
dam orationis genus, de quo for-
tassis nunquam cogitasti. Explica-
te igitur, dicebam ipsi, sed affere
noli imaginationem pro veritate;
querela enim est, rerum mystica-
rum granos, huic paulisper esse ob-
noxios.

Modus ora-
tionis ad-
mirabilis.

Luc. 6. v.
12.

Hæc igitur oratio, inquiebat mi-
hi, est oratio Dei, cujus fit men-
tio in Evangelio Sancti Lucæ di-
centis, quod JESUS Christus erat
pernoctans in oratione Dei. Non
dicit, quod ipse fecerit oratio-
nem suam, nec etiam, quod in hæc
exegerit diem, sed quod traduxerit
noctem in oratione Dei.

Quid intelligis per orationem
Dei? Estne, quod oret quemquam
majorem se? Est ne, quod se hu-
miliet, & instanter postulet se ex-
audiri? Non, sed appello oratio-
nem Dei, contemplationem æter-
nam suæ pulchritudinis, & amo-
rem infinitum divinæ suæ bonitatis.
Non est oratio sublimior, quā

contemplati & amare supremam
Dei Majestatem; Id unicum est,
quod agit Deus ab æterno in se-
metipso; Et adoranda anima JE-
SU Christi dies ac noctes in hæc
exigebat oratione, docere nos vo-
lens, ut huic pro viribus nostram
navatemus operam.

Verum est, exigere nos non pos-
se. Exemplo ipsius, dies noctesque
in admirabili hæc oratione, ed quod
simul & eodem tempore non sumus
in cælo & in terrâ; Non nisi so-
lius JESU Christi est, qui eodem
tempore in cælo erat & in terrâ,
Viator & Comprehenfor, fruens
clarâ visione Dei, & amaras tole-
rans privationes, quasi eâ non
frueretur. Non nisi ad ipsum spe-
ctat, nec etiam unquam ullus,
quā ipse fuit, qui exegerit eodem
tempore diem ac noctem in oratio-
ne Dei. Exigebat in hæc diem ve-
lut Beatus & Comprehenfor, to-
tus absorptus magno hoc splendo-
re luminum æternorum Contem-
plationis Dei; erat enim in plenâ
meridie gloriæ, & in sinu Patris
sui æterni; Ecce oratorium, ubi
traducebat diem in oratione Dei;
sed aliud adhuc habebat Oratorium
in terris, ubi transigebat noctem
in oratione Dei, & hoc erat Ute-
rus Sanctissimæ Matris suæ: Hic,
cū esset in statu Viatoris, qui la-
borat, qui suffert, qui que transit
per plures tribulationes, ut intret
in regnum Patris sui, dici potest,

JESUS Chri-
stus habuit
duo Orato-
ria; in uno
transigebat
diem, in al-
tero noctē
in oratione
Dei.

G g g g 3 quod

quod exegerit totam noctem peregrinationis suae in oratione Dei.

Sed quid faciebat ad exigendum ita noctem mortalis vitae suae in oratione Dei? faciebat nihil, respondit mihi; vides enim, Evangelium non dicere, quod ipsemet fecerit orationem; solum dicit, quod *pernoctaverit in oratione Dei*; Erat igitur semper in propria sua oratione, quia Deus est. Verum est, reposuit mihi, quod Deus sit & homo; velut Deus, ipsemet est, qui admirabilem hanc facit orationem, contemplans se, seque ipsum amans ab aeterno; sed velut homo transigebat in magna hac oratione Dei; Non ipse hanc faciebat; inveniebat enim eam totam jam factam! sed hic transigebat, huicque se immergebat, sine eo, quod aliud quid faceret, quam quod inveniebat totum jam factum.

Nondum adhuc satisfactum est mihi, dicebam, siquidem non capio, quomodo transigerit vitam suam in oratione Dei, quin quidquam faceret. Dic ergo mihi, quae ratione se habuerit. Advertit hinc bene, quomodo se explicaverit, & conatus fuit mihi id declarare.

Quid proprie sit oratio Dei; & quid sit in ea pernoctare,

Quando Evangelium expressè dicit, quod JESUS Christus pernoctaverit in oratione Dei, & non ipsemet fecerit orationem, declarare nobis vult, quod non impendebat, lumina, cogitationes vel cogitationes proprii sui intellectus na-

turalis, ad contemplandum excellentias Dei, quodque non magis adhibuerit affectus vel ardores proprii sui cordis naturalis ad amandum bonitates infinitas Dei; sed quod aliud non fecerit, quam quod suum intenderit animum contemplationi, quam Deus facit de proprijs suis excellentijs, & affectus cordis sui amoris infinito, quo Deus ipsemet prosequitur ineffabiles suas bonitates. Et credas, hoc proprie non fuisse, quod ipsemet fecerit orationem suam, sed quod intra-verit in orationem Dei, quam inveniebat totam jam factam: nihil igitur faciebat de novo, sed adhaerebat solum illi, quod factum est ab aeterno: non incepit igitur ipse hanc orationem, ipsa enim incepit nunquam, nec finiebat illam, quia nunquam finietur; Non laborabat ipse in faciendâ hac oratione, quia non est opus hominis, sed Dei solius; & dein hanc transigere, huicque commorari, non est labor, sed profunda requies: Non igitur accedebat hanc orationem, sed quod semper esset in ipsius medio; & nunquam inde exibat, sed quod aperiret non nisi oculos ad aspiciendum illam, & ingrediendum in eam.

O Deus dicebam ipsi totus attonitus ex eo, quod audiebam; quid deducis me? Nunquam audivi quidquam de hoc genere orationis, & nunquam intellexi, quid sit pernoctare in oratione Dei: sed

an putas, te id modo comprehendere, interrogabat me? Flauisli forsitan parvam aliquam scintillam luminis, quæ perobscure ostendat tibi aliquid magni; sed quàm procul abes ab eo, quod ingressus sis thesauros sapientiæ & scientiæ, volo dicere, diuitias luminum & ardorem, diuinorum, inclusas in IESU Christo, quando ita pernoctabat in oratione Dei; Nonnisi ipse erat cognoscere perfecte illas, & post ipsum, Sanctissimæ Mariæ ipse; & post hanc, aliorum Sanctorum, magis aut minus juxta proportionem & mensuram, quæ transigebant noctem: hæc suæ mortalis in oratione Dei.

Observavi bene, quod cæcus essem, quòdque, dum credebam videre me parum aliquid, viderem nihil; experiebat nihilominus vehementissimum desiderium aliquantum plus addiscendi ex eo; potissimum ab eo informari desiderabam, interrogans, in quâ

scholâ, & sub quo Magistro addisci id posset; & an ipsi labor nostro & proprio nostro experimento hanc scientiam comparare nobis liceat? Non, respondit mihi, non hoc fit mediante labore, sed mediante quiete, non faciendo multa, sed faciendo nihil. Ne credas, quòd facile sit quiescere, & nihil omnino facere: est labor hic excedens nostras vires, & si Deus non adjiciat manum per speciale gratiarum suarum subsidium, nunquam ad pertingemus. Non intermittamus tamen id desiderare, & cum importunitate indefinenter efflagitare à Deo: solus hic labor utilis est nobis, postulanda semper à Deo id, quod à nobis ipsis habere non possumus. Si volis, dicam tibi hæc, quid tibi agendum, quæve ratione habere te debeas; & hæc conclusio erit, hic fructus totius nostræ Consultationis.

* *

ARGUMENTUM.

Debemus facere ex corde nostro Oratorium Dei, sicut erat uterus Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS VII.

Luz. 13 v. 7
Quid nos
obstringat
ad oran-
dam sem-
per.

Novimus omnes obligationem ab Evangelio nobis impositum: *Oportet semper orare, & non deficere*; & quando Evangelium hujus nos obligationis non admoneret, propriæ

nostræ miseræ & indigentæ naturalis eam inculcarent nobis, eò quòd, cum simus creaturæ, quæ nihil habent à semetipsis, nisi in exhaustam nihili abyssum, necesse nobis sit obsecrare absque intermissione.

missione creatorem nostrum, ut cunctis nostris suppetias ferat necessitatibus. Insuper verum est, quòd, cum omnibus constet hæc orandi obligatio, pauci sint, qui illi satisfacere non contendant, unus magis, alter minus.

Sed aliqui ratò admodum orant, & nonnisi paucas effundunt orationes vocales, hæcque potiùs è memoria, quàm vero corde profectas: Et hi non Satisfaciunt obligationi suæ, quâ tenentur ad orandum, sed hanc sibi potiùs adaugent, cum nonnisi quandam per intervalla exhibeant ejusdem speciem & apparentiam.

Duo genera orationis: una est hominis, altera Dei.

Alij orant frequentius, & mente suâ loquuntur ad Deum: Hi nôrunt, quòd, sicut loquimur hominibus, qui corporales sunt, verbis corporalibus, sic loquendum sit Deo, qui purus spiritus est, verbis spiritualibus. Sed inter hos, qui ita orant, loquuntur aliqui idiomate proprio, alij loquentur idiomate Dei; volo dicere, quòd aliqui proprias suas cognitiones, & discursus proprii sui intellectus, utuntur insuper affectibus ac bonis desiderijs proprijs sui ad agendum cum Deo in oratione: alij non alias habent cogitationes, aut cognitiones alias, & alios affectus, aut alios ardores, quàm illos Dei: primi faciunt bene, sed alij faciunt melius absque comparatione: primi faciunt bene, quòd suam perficiant oratio-

nem, modo quo possunt optimo; sed alij multò faciunt melius, eò quòd agant in oratione Dei exemplo Salvatoris nostri.

Interrogas, quid sit agere in oratione Dei, & quòmodo id faciant? Respondéo, quòd id faciunt faciendo nihil; non enim hi faciunt sicut illi, qui propriam suam faciunt orationem: illi laborant, concipiunt cogitationes, considerant, meditantur, indagant, examinant, rimantur, sibi que formant discursus, ad seipos instruendos, sequè convincendos; & hæc ratione conantur extimulare cor suum ad amandum: isti non orant, faciendo nihil, eò quòd ipsimet propriam suam faciunt orationem: ex his similiter plures sunt: qui aliam non agnoscunt orationem, & audacter asserunt, esse tempus perdere, & pessimè orationem, si non fiat memoratâ ratione:

Sed qui nôrunt, quòd agere in oratione Dei, sit totum quid aliud quàm persistere in propriâ suâ oratione, quando DEO placet ipsorum prævenire animam gratiâ quâdam particulari, qua ipsi illius aperiat portam, nihil faciunt horum omnium; ipsorum mens non occupatur inquirendo cogitationes, nec fabricando conceptus, nec efformando discursus, nec eliciendo virtute considerationis bonas illustrationes è proprio fundo suo; est illis aliud occupationis genus longè nobilius.

Quòmodo
faciamus
propriam
orationem.

Quomodo
quiesca-
mus in ora-
tione Dei.

lius. Eadem ratione procedit ip-
ſorum cor; non laborat id concipi-
endo bonos affectus, nec accen-
dendo magnum ſacri amoris
ignem, cujus virtute ardentia tra-
hat è proprio ſuo fundo ſenſa ac
deſideria: Eſt illis aliud induſtria
longè præſtantioris genus; ipſo-
rum in hoc ſita eſt attentio, quâ
caveant, ne contendant facere ali-
quid de novo, nec aliquid pro-
ducere ex ſemetiſiſ; (hoc enim
reverà valde parum eſt) ſed ad-
hærete unicè illi, quod inveniunt
totum jam factum; illi, quod fa-
cere non poſſent ex ſemetiſiſ; &
illi, quod facit Deus ab æterno in
ſe, contemplationi ineffabilis ſuæ
pulchritudinis, & amoris infinitæ
ſuæ bonitatis. Ecce tibi admira-

bilem orationem Dei. Quando
ſemel invenit anima abſconditum
hunc theſaurum, probè vider,
huic unico negotio ſibi eſſe inhæ-
rendam, huic vacandum, hîcque
ſibi quieſcendum, faciendo nihil,
niſi impediendo mentem ſuam &
cor ſuum, ne aliud faciant, quam
quod factum eſt; ſed huic in-
cumbant unicè, huic ſe devove-
ant, hîcque ſuam capiant quie-
tem.

Oporteret ergò, dicebam ipſi,
ad hoc exequendum eſſe in cælo:
quandiu enim languemus in mi-
ſerijs hujus mundi, id videtur mi-
hi impoſſibile: Ex hoc deſum-
pſit anſam ſuppeditandi mihi do-
cumenta adhuc pulchriora.

* * *

§. I.

*Quomodo Beati exigant diem æternitatis ſuæ
in oratione Dei.*

Verum eſt, inquit mihi, quod
Beati, qui ſunt in cælo, in-
tendant Deo aliâ prorsus ratione,
quàm nos mortales miſeri, re-
ſtantes adhuc ſuper terram: Si-
quidem illi exigunt ibi ſuprà to-
tum magnum æternitatis ſuæ diem
in oratione Dei, & nos miſeri
Viatores exigere non poſſumus
niſi brevem vitæ noſtræ mortalis
noctem in hoc orationis genere;
Eſt igitur hæc pro ipſis in pleno
die, & eſt æterna; & pro nobis non
niſi in nocte, & admodum brevis.

¶ P. Iſane Conſultat, Tom. III.

O quàm volupe eſt Beatis cæ-
lorum inquilinis, exigere totum
immensum æternitatis ſuæ diem
in oratione Dei! Eòquod clarè vi-
deant infinitam ipſius pulchritu-
dinem, per quam æternâ ſuſpen-
dantur admiratione, & perpetuò
repleantur gaudio: Vident ipſi
clarè admirabilem contemplatio-
nem, quam facit Deus de propria
ſua eſſentiâ, & ex hac commu-
nicat illis Deus, & in partem hu-
jus veniunt, nec contemplatio-
nem habent aliam; ſiquidem con-

H h h h t.c.m.

templatio, quam faciunt de Deo (per quam beati redduntur) non est opus speciale proprii ipsorum intellectus; Deus est, qui operatur hanc in ipsis, & per ipsos. Insuper clarè ipsi vident amorem perfectissimum, quo totus exæstuat erga infinitatem suam bonitatem, ex quo oblectantur, & à Deo in partem illius admittuntur, intrant in ipsum, & alium amorem non habent; siquidem totus amor, quo feruntur in Deum non est opus particulare propriæ ipsorum voluntatis, sed amant Deum proprio amore Dei. Vident ipsi tandem infinitum gaudium fruitionis & possessionis, quam habet Deus sui ipsius, & DEUS in eandem hanc possessionem admittit ipsos, ubi in æternum requiescunt, omnes referti abundantia gaudij, quo demulcentur, sed quod ipsi met declarare & exponere non possent. Ecce igitur, qua ratione ipsi exigant totum magnum diem æternitatis in oratione Dei, nihil faciendo, uti vides, nisi quod ipsemet Deus facit ab æterno; Et hæc rapiuntur dulci quadam quiete totius suæ animæ.

Quomodo
exigere
possumus
tempus nos-
trum in
oratione
Dei,

Sed nos, qui reptamus super terram, hincque ambulamus in nocte, obquod semper involvamus tenebris fidei, cum non videamus clarè Deum, exigere non possumus noctem nostram in oratione Dei modo quodam jucundo, quomodo exigunt in eâ illi splendi-

dum gloriæ suæ diem: Nihilominus cum noverimus per fidem veritatem omnium eorum, quæ vident illi, nosque æqualem cum illis habeamus certitudinem, quod sit Deus, quod sit nobis præsentissimus, quodque hic faciat eandem orationem, quam facit in cælo, id est, quod contempletur semper suam pulchritudinem, quod amet semper eandem suam bonitatem, sive manifestet id clarè Beatis in cælo, sive abscondat id nobis, non nisi id nobis demonstrans per fidem, agere & versari benè possumus, sicut illi in oratione, si non eadem cum evidentia, eadem saltem cum certitudine. Verum est, quod ipsi Beati sint; sed nobis invidiam non moveat ipsorum prærogativa, quæ ipsis conceditur exigere totum magnum diem æternitatis suæ in oratione Dei, sufficiat nobis proficere. Ex inestimabili, quam possidemus, felicitate, dum bene traducere licet nobis brevem nostram noctem in eadem oratione Dei. *Erat pernoctans in oratione Dei.*

An sperare hoc possumus? Interrogavi ductorem meum: An alia nobis sunt, ut evolemus illuc? Ita, respondit mihi, quia aliud non requiritur, nisi ut faciamus nihil, id est, non requiritur, nec consideratio, nec discursus, nec Philosophia, nec quæcunque alia occupatio mentis; imò potius est

Qui vult

NB.
Hæc ma-
ria diffi-
citer intel-
ligibilis e-
st, quare
gradæ.

est opus, ne laboremus, ne aliquam formemus cogitationem ex nobis ipsis, sed simpliciter solum & tranquille intendamus orationi Dei, abs eo, quod ipsimet eam facere velimus; siquidem ipsa jam facta est ab aeterno, sicque semper aequaliter in aeternitate, modo infinita ratione sublimiori, quam nostra mens conficere posset ipsam; fruatur illa solum cum reverentia praebendi consensum, hincque quiescendi in pace. Aliud agendum non est, & hoc sufficit pro ipsa.

Qui videt. Ecce! quod metuebam, dice-

bam ipsi, ne dares mihi pro veritate imaginationem. An ignoras, quod innumeri etiam viri perditissimi, & rerum agendarum peritissimi, clare dicant, errorem esse & meram deceptionem, credere, orationem fieri posse nihil faciendū; siquidem agendum est, nobis ex nobismetipsis, cogitandum est, meditandum est, discurrendum est, producendi sunt actus amoris, qui produci possunt ardentissimi; alias non facimus orationem, sed perdimus tempus in turpi otio.

* *

§. II.

Quid sit oratio Dei.

NR. Hae materiae difficultatibus est de eorum le- genda.
Probè novi, respondit mihi magnā cum pacienciā & charitate, plures ita addictos esse bonis hisce exercitijs, ut aliud nec laudare nec ratum aut gratum habere possint. Summè laudo, non minus illis, bonas cogitationes, pias meditationes, sanctos affectus, amorem amoris & alias devotas occupationes animae in oratione ipsius. Sed eheu! quid efficere nos credimus cum omnibus nostris patris cogitationibus, levibusque nostris considerationibus, formatis à nobis ipsis! Et quo pertingere putamus nos per actus nostros ab infirmitate nostratum mentium vel voluntatum productos? An pertingemus unquam per omnes no-

stros vanos conatus ad infinitam magnitudinem DEI? Relinquamus, relinquamus haec omnia, quae nihil sunt, & insistamus orationi Dei, quae complectitur omnia: Non adnitamur aliquid facere, eòquod inveniamus, Deum facere ea omnia, quae facienda sunt pro perfectissimā oratione; Nobis opus non est, nisi accedere ad ipsam, & quiescere in ipso, abs eo, quin aliud quid faciamus, nisi id, quod ipsemet modò tam divinò facit ab aeternitate.

Et ne metuas, te otiosum fore, ita quiescendo in oratione DEI; ne verearis, te malè facere, vel perdere tempus inutiliter, dum nihil ex tuo vel demere, vel ad-

H h h h x dere

Hoc orationis genus non est otiosum.

nus non est
 otiosum, dere hęc volēs: O quāmagnum
 quid facis, dum facis nihil? siqui-
 dem quæro ex te, & ad hoc re-
 sponde mihi: Quānam occupatio-
 nem vel sanctiorem, vel sublimio-
 rem habere potes in terris, quā-
 dum id facis in nocte tuæ fidei,
 quod faciunt ibi supra Beati in ple-
 no die suæ gloriæ? Ipsi agunt in
 oratione Dei, ibique in æternum
 requiescunt, sicut modo dixi; Et
 tu eādē ratione agis in eādē
 oratione Dei, ibique requiescis;
 ipsi vident ibi clarē, & tu credis
 hęc firmiter; si nemo dicere po-
 test, ipsos esse otiosos, hac ratio-
 ne nihil faciendo, quare dicatur te
 otiosum esse ipsos imitando.

Anima est
 occupatissi-
 ma in sub-
 limi hac
 oratione.

Sed ipsi vident, & ego non vi-
 deo; hoc ex eo est, quod ipsi sint
 in pleno die, & tu sis adhuc in
 nocte; sed ego non habeo cogi-
 tationem aliquam, neque aliquem
 affectum de Deo: Non debes te
 hęc decipere; Nam si verum es-
 set, quod non haberes aliquam
 cogitationem in tuā mente, nec
 aliquem affectum in tua voluntate,
 & reipsā nullam haberes atten-
 tionem ad aliquid, vitioso hoc
 torperes otio, quod merito repre-
 henditur ab omnibus; siquidem
 nil scire & nihil velle, & nulla re
 se occupare, non magis, quā-
 lignum aridum, quod & vitā &
 sensu caret, hoc est perdere tem-
 pus & æternitatem, & perdere se-
 metipsum; sed anima quæ exigit
 noctem in oratione Dei, procul

abest ab ejusmodi statu; siqui-
 dem illa scit, illa cogitat, illa vult,
 illa amat, illa fruitur, illa tota oc-
 cupata est Deo, absque eo tamen,
 ut aliud quid faciat, quā-
 quiescat.

Vis videre, quōmodo ipsa non
 sit otiosa, quōdque excellentissi-
 mā distineatur occupatione? In-
 primis ipsa scit, quōd Deus suam
 faciat orationem in seipso, quia sic
 fides docet illum, sicut lumen glo-
 riæ ostendit ipsum Sanctis in celo.
 Illa cogitat, quōd Deus contem-
 pletur suas excellentias, illa intra-
 re vult divinam hanc orationem,
 illa amat permanere hic unitissima,
 illa gustat supremam hujus status
 felicitatem, illa tandem tam præ-
 clarē se reperit occupatam proprijs
 occupationibus Dei, ut omnis alia
 occupatio displiceat, ipsique videat-
 tur occupatio vana.

Verum est, quōd hęc occupa-
 tio tam tranquilla animæ (quæ non
 permittit ipsi aliud, nisi quōd at-
 tendat ad id, quōd Deus facit, ci-
 tra id, quōd aliquid faciat ex se-
 ipsā) non progigneret magnas
 cognitiones in ipsius intellectu, nec
 excitaret affectus vehementes, in
 ipsius voluntate, nisi Deo placeat
 videre ipsam in hoc statu, ipsique
 is ostendat certos cognitionum
 divinarum radios à se profectos,
 quōsque infusa appellant lumina,
 & insuper accendat, quando ipsi
 placet, in illius voluntate certum
 quendam prorsus cœlestem ig-
 nem,

Quid sit
 oratio Dei.

Quōmodo
 Deus ipse
 met occu-
 pet ani-
 mam in hac
 oratione.

Verum
 eccitum
 animæ
 contemp-
 tuarum

nem, à se procedentem, quem infusorum effectuum condecorant nomine. Hæc bona sunt inæstimabilia, quæ nihilo stant animæ, nisi quæd illas recipiat; sed unica ejusmodi cognitio infusa, unicus ejusmodi affectus infusus, magis ipsi prodest, quam pulcherrimi quique discursus, vel ferventissimi quique affectus, quos producere unquam ipsa posset in totâ vitâ suâ.

Nonne videre erat quàm plures magnas animas, specie cujusdam extrâs quasi semper abreptas, per diturnam consuetudinem, quâ fidelissimam navabant operari unice huic orationi DEI; eòquod ipsarum mens denudata ab omni aliâ cogitatione, liberè intenderet soli considerationi, quâ DEUS contempletur seipsum; cùmque aspiicerent ibi aliquid infinitarum pulchritudinum, quas contempletur DEVS, ac si ipsa et contemplerentur illas, immerfas se videbant magno huic prodigiorum oceano; dum interim ipsarum cor ab omni alio exspoliatum affectu consumi se facile patiebatur ipsidem flammis ignis divini, qui egreditur à facie DEI; sicque tota ipsarum anima absorbebatur profunditate orationis DEI, ut neque sensus, neque ratio humana, neque mundus ipsas amplius possideret.

Verum est, insolitos hos esse favores, quibus DEVS prosequitur animam, sed quando DEVS his

eam favoribus prosequi non vellet, ipsique non conferret nec cognitiones, nec affectus, nec lumina, nec sensa aut desideria infusa, ipsa contenta est ex eo, quod docetur à fide: Nimirum, quod Deus sit, quod ipse sit sibi totus præsens quod is ab æterno suæ intendat orationi, id est, sibi ipsi, contemplandò se, & amandò seipsum, quod fruatur voluptate ineffabili possessionis suæ, quòdque hæc omnia agantur abs eo, quòd agantur unquam in interiori animarum spiritualium & immortalium, quas eum ob finem creavit, ut sua extrâ se essent oratoria. Ecce! quid illa sciat majori cum certitudine, quàm si proprijs id oculis videret, eòquod hoc fides ipsam doceat, & hæc decipere illum non magis possit, quàm DEVS ipse, qui id revelat.

Et ecce insuper, unde ipsa tara perfecte sit contenta, ut quando nunquam haberet aliud, semper se beatam æstimaret, quod pretiosam hanc teneat possessionem DEI: Ecce cui innitatur tantâ eum firmitate, ut de nullo dubitet unquam; Ecce cur fruatur pace & quiete internâ tam solidâ, ut nunquam commoveatur ex aliquo, eòquod id falsum esse non possit: Ecce denique totum ipsius pretiosum thesaurum, cui omnem suam devovet æstimationem, omnem suum consecret amorem, eòquod ipse DEVS sit, quem hæc ratione,

H h h ; h o s .

fit Dei.

Verum exercitium animarum contemplativarum,

modo perfectum in hac ac.

Est oratio fidei.

hocque medio possidet; Insuper non estimat ipsa cætera omnia plaris, quàm nihilum, eòquòd hæc omnia, quæ DEVS non suat, oriuntur ex nihilo, & in nihilum revertantur.

Anima huic addita orationi non curat cogitationes intellectum suum occupantes, siue bonas, siue malas.

Quando hæc anima videret nasci è suo intellectu pulcherrimas quasque cogitationes, & proficisci è corde suo ardentissimos quòsque affectus, nihili hæc omnia facit, eòquòd hæc omnia nihil esse sciat; æternitas præcessit illa, æternitas illa sequetur; & si hæc per aliquot momenta inter duas hæc

apparuerint æternitates, id non fuit, nisi ut quantocyùs disparent: Et quando videret ipsa intellectum suum horrendissimis quibusque occupatum cogitationibus, & cor suum pessimis, quæ inveniri possunt, oppugnatum desiderijs, nihili penderet illa, eòquòd nocerit hæc omnia nihil esse; nihil erant paulò ante, & mox iterum nihil erunt; omnia transeunt, & nonnisi paulisper apparent, ut dispareant pro semper; nonnisi sola est veritas, quam fides docet ipsam de DEO, qui manet in æternum.

§. III.

Facilitas orationis DEI.

Quinque rationes, quæ ostendunt excellentiam & facilitatem hujus orationis.

1. Fateor, me invenisse magnum argumentum solatij, fortissime exstimulationem meipsum, in Conclusionem hujus Consultationis. Siquidem imprimis videbam, tam difficile non esse, sicut credideram, orare semper absque intermissione, eòquòd opus non sit nostram semper fatigare animam, ad perficiendum continuò suam orationem propriam; sed tantum requiratur, ut requiescere permittatur ipsa in oratione DEI, quam ipse facit ab æterno: si semel illa hanc eognoverit & degustaverit, semper & facile, quin se fatiget, requiescere potest: Et hoc est, *semper orare, & non deficere.*

2. Secundò probè videbam, quòd omnes animæ indiscrimina-

tim idoneæ sint ad faciendum semper orationem, dummodò solum existant Christianæ; & si nonnullæ faciant illam multò meliùs alijs, hoc non est, nisi ex eo, quòd ipse habeant multò plus fidei; parùm interest, an habeant intellectum magis stupidum, vel illuminatum, cor magis tenerum, vel durum, discursum magis firmum, vel magis debilem, eòquòd propriæ cogitationes, vel proprii affectus non sint, qui exigere nos faciant noxam nostram in oratione DEI; sola fides nos eò deducit, & quantò vivacior fuerit & firmior, tantò nos propius deducit illuc.

3. Tertio videbam maximam facilitatem, quam habere possumus, verlandi semper in divinà hæc oratione,

tionem, omni tempore, & omni loco, si velimus; ne attendas, an sis in Ecclesiâ, vel solus abstractus in tuo conclavi, circumfers ubique oratorium, in quo perficere potes illam; siquidem animam tuam DEUS eo nomine ad suam crevit imaginem, ut facere possit, quod ipsemet facit, suoque Eclypon asimiletur Archetypo. Ipse intellectum habet, quo se contempletur, & voluntatem, quâ se amat ab æterno in se ipso & extra seipsum; ipse conficere sibi voluit oratorium quoddam ex tuâ animâ, conferendô illi intellectum & voluntatem ad contemplandum & amandum se continuò, sicut ipse, & cum ipso; prærogativa sanè stupenda, quam nostra obtinet anima super ceteras omnes creaturas.

4. Quartò benè videbam, aspiciendam igitur non esse orationem velut quendam laborem, sed velut maximam quietem, nihilque faciendum esse à nobis, eòquòd omnia faciet DEVS per seipsum; sufficit aspiciere ipsum facientem, & consentite ex totâ nostrâ animâ omnibus ijs, quæ facit. Nullius laboris est, aspiciere lucem in pleno meridie, ego non facio illam, sed totam invenio jam factam; impossibile est mihi, ut ipsemet vel faciam vel destruaam illam; dum claudendo oculos, non propterea illam destruo, sed illâ me privo, mihi- que voluntariam noctem concilio

& ut iterum videam, nullo mihi opus est labore, ut faciam lucem, quia ipsa semper manet facta, non nisi aperiendi mihi sunt oculi: sic nullus exantlandus mihi labor, ut faciam orationem DEI; non enim ego illam facio, sed ipse facit omnia, & à me non requiritur aliud, quàm intendere ipsi; quando avertito me ab illo (quod accidit sæpissimè) non destruo propterea orationem DEI, sed illâ me privo, & ut iterum illâ fruor, non opus est labore ad illam denuò faciendam, quia semper permanet facta, non nisi referare oportet me oculos, id est, de novo attendere & intendere DEO.

5. Tandem benè intellexi ex omnibus, quæ mihi dixit, non ita observandam esse methodum, ad perficiendum excellenter orationem DEI: siquidem intratur in illam absque præparatione, persistitur in illâ absque labore, & exitur ex eâ absque advertentiâ. Intratur illuc absque præparatione, cum nullum huic orationi, quæ æterna est, sit initium; & accidit ei, qui navat ipsi operam, quasi intraret in quandam Ecclesiam, ubi perpetuò cantantur laudes DEI, ipse illas hic incipit, ubi illas invenit; ipse facit, quod fit, & offert solum Deo easdem laudes, quæ redduntur ipsi: Persistitur hic absque labore, eòquòd non nisi illud, quod fit, suscipiatur: Hem! quid facere posset anima, quod non esset infinita

ratio;

ratione minus eò, quòd ipsemet facit Deus? Tandem exitur ex eà, ut non advertatur; siquidem hoc accidit nunquam, nisi per vecordem quandam oblivionem, quæ attentionem aufert animæ, qua fer-

tur in Deum, absque eo, quòd id advertat. O Deus bone! custodi nos à funesta hâc tuæ præsentis oblivione, quæ inestimabilibus exspoliât nos bonis, & malis nos obruit innumeris.

CONSULTATIO XVIII.

Cor fidele, ubi fit sermo de miraculoso Sanctissimæ Virginis partu, per quem dat Terra, quòd accepit è caelo, ut redderetur ipsi.



Uam parùm securæ spes nostræ sunt ac fiduciæ, si non nisi nostris innitantur desiderijs! Lætabat spe suavissimâ, dum vehementissimo me succensum expetiebat desiderio degustandi hîc innocentem voluptatem Consultationis jucundissimæ, quam perceperim unquam ex ore amantissimi Ductoris ac Comitæ mei, ab initio ad præsentem usque diem; Cùm viderem, quòd loqui mihi vellet de egressu Filij Dei ex utero Virginis Matris suæ, promittebam mihi, eodem perfundendâ fore gaudio animam meam, quò nostri perfunduntur oculi, ab initio diei, quando aurora progignit nobis solem! siquidem hæc hora est, ubi tota gaudio demulcetur natura. Sed attonitus hæsi,

dum dixit mihi; Non est hîc locus alicui Consultationi; siquidem in Consultationibus loquendum est; verum hîc non requiruntur verba, sed universale requiritur silentium, & profunda admiratio. Taceamus, inspiciamus sollicitè, & maneamus toti abrepti extra nos ipsos, ex aspectu innumerorum prodigiorum, quæ nostris occurrunt oculis, & silentium imponunt omnibus Creaturis: *Dum medium silentium tenerent omnia*: Et hoc dicens atollebat in cælum oculos, & exin ultro citroque circumagebat illos, ac brachia crucis in motem extensa elevans, dicebat voce admodum submissâ, languente & velut moriente: Omnia hîc sunt ineffabilia, ineffabilia, ineffabilia, & exin conticuit.

Sed hoc ipsum (dicebam ei, ut excitarem illum & impellerem ad pro-

Admiratio
prodigiosi
partus Vir-
ginis.

I. Leo.
lem.
Nativ.